



Q. D. B. V.
DE
I V R E
ANNATARVM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE
AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PORVSSIAE PRINCIPE, CETERA,
REGIS SUPREMO CASTRORVM PRAEFECTO
ET DVCATVS HVIVS VICARIO,

DIRIGENTE INSTITUTVM

IOANNE PETRO LVDEWIG,
CONSILIARIO REGIO, IVRIVM AC HISTORIARVM
PROF. PVBL. ORDINARIO ET DVCATVS
HVIVS ARCHIVARIO,

RESPONDEBIT

SAMVEL MARCHALL,
REGIOMONTANVS.

HALAE VENEDORVM,
DIE MENSIS MAII CIO CCVIL

TYPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.
RECUSA CIO CCXXXIX. (13)

252
DE
IURE
ANATARRA

EXACTOR MAGNIFICENTIA MODO
SERVASSIMO REGIAE DOMUS PRINCIPAL
AC DOMINA

DN. PHILIPPO ALTHEIMO

REGIS SVBRIANO CESTRORUM PRAEFECTO
TUT DUCATAS HUIUS VICEKROI
DIRIGENTIA INSTITUTA

JOANNÆ PETRO LADEWIC
COLLEGIBUS REGIO TURCO AG HISTORIUM
HOC LIBER ORIGINEM ET HAGATAS
HUIUS ARCHIVIAU

SAMAEI MARCVFF
REICENDIATU

ALLEGORIAE MUNDI
FIE TURCA MALLICO
CIPOLLA HENRICI GUNNARII ACED TACOER
KNEA CESSO GDXXVII

SERENISSIMO POTENTISSIMO-
QUE PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
F R I D E R I C O ,
REGI PORVSSIAE,
MARCHIONI BRANDENBVR-
GICO, S. R. IMPERII ARCHICAMERARIO
ET ELECTORI, SUPREMO PRINCIPI ARAVSIO-
NENSI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI,
MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM,
VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRA-
VIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MIN-
DAE, CAMINI ET MEVRSAE, COMITI HOHENZOLLE-
RIAЕ, RVPINI, MARCAE, RAVENSPERGAE, HOHEN-
STEINI, TEKLENBVRGI, LINGAE, BVRAE ET LEER-
DAMI, MARCHIONI VEHRAE ET VLissingae,
DYNASTAE RAVENSTEINI, LAVENBVRG,
BVTOV, ARLAY ET BREDAE,
CETERA

REGI ET DOMINO SVO, MVLTVM
CLEMENTISSIMO,
academicum specimen

dicat

humillimus cliens

SAMVEL MARCHALL.



ERIDERICI
REGLI PORVSIÆ
MARCHIONI BRANDENBVRG
SICCO. & R. IMPERII ARCHIACADEMIA
ET ELECTORI SVPHRMO HINCUS ARVABO.
BVRGUS DÆGI MAGDEBURGO. CIVITATIS LUTECIA
MONSTRUM ET IN SIBI ESONNE BURGUS
VINDOBONI. MONSBERGONI. PRINCIPALIS FRANCISCUS MIN
CAMPUS ET MARENSIS COMITI HONESTONI
RAE RAVNI TICINBERGII. TINGAE. RARAE ET LIEBR
ESTINI. MARCIANI. MARCIÆ. MARCIUS. MARCI
DAM. MARCIUS. MARCIUS. MARCIUS. MARCI
DYNASTÆ RAVENSTADNI. LAVENBERG
DALOA. VRBÆ. HI. BREDA
CELTIA.

REGI ET DOMINO SVO MULIER
CLEMENTISSIMO
ACADEMICUM SPECIUM

СИМВОЛЫ МАГИКЕ

REX AVGUSTISSIME,



Vb armis, TE CONDITO-
RE, Fridericianam insti-
tutam fuisse, quondam
demiratus est orbis lite-
ratus. Stupet nunc, quo-
tusquisque incrementa intuetur,
quae TUA academia hoc tempore ac-
cipit,

cipit, ubi septentrionalium populo-
rum exercitus fortissimi non mille
passus ab hoc bonae mentis sacrario,
tantopere alieno a strepitu copiarum,
distare uidentur. Ita uero est, utrum-
que TVIS consiliis, fortunae uirtuti-
que TVAE post DEVVM IMMORTALEM
debemus: cuius NVMEN, si unquam
genti TVAE olim adfuit, etiam nunc
TECVM esse a principioque imperii
TVI omni tempore fuisse, omnes in-
telligunt, ciues praeterea subditique
TVI insigni hoc bono gaudent fru-
unturque. Qui ergo iusas in tot
bellorum contentionibus non defe-
rere, sed altera soles manu tueri: spes
mihi fidissima adfulget, nunquam in-
tempestivum aut molestum TIBI fo-
re, quod AVGVSTISSIMO NOMINI
TVO datur a cultoribus bonarum li-
terarum. Argumentum lucubrati-
unculae

unculae meae non leue est; quod
tricas tantum scholae, plurimum
reipublicae inutiles, loquatur. Iu-
rium enim TVI etiam imperii ali-
quam partem id attingit, quam gra-
uiissimi legum interpretes, suo olim
iudicio, principibus euangelicis ad-
seruere. Ego eandem scenam, no-
uo adparatu instruxi, filo consecu-
tionis, ubi opus esse uidebatur, ad-
aucto firmatoque auctoritate cano-
num, purioris ecclesiae decretis,
Germanici etiam imperii moribus,
quos ex infima eius aetate atque in-
teriori reipublicae compage in lu-
cem produxi, ut iam nunc parum
dubitatis superesse, queat. Non
sensibus aliorum quid dedi; sed
cuncta accepta tuli ueritati, quam
nefas fuerit prodere sine ratione aut
lege, in margine diligenter hoc fine

con-

conquisitis. Si quid tamen secus
scriptum est, quam fieri debuerat,
ferre id nihilominus i*confueuisti*
cum TRAIANO, ne cursui pietatis,
qua TE literae prosequuntur, un-
quam uidearis ob*stitisse*. DEVS,
quo largitore AVGVSTAE DOMVI tot
iurium incrementa accessere, eidem
REGEM SAPIENTISSIMVM conseruet,
ut illa, aemulatione ac inuidia supe-
ratis, prosperi semper rerum euen-
tus consequantur.

Halae Venedorum, d. XX. mensis Junii
ccccvii.



CAPVT I.

DE

ORIGINE IVRIS ANNATARVM
CAVSISQVE.

§. I.

ANNATARVM barbara uox eaque medii
aevi est (a). Origine Italica quidem
(b); ad indolem tamen efficta Latii pu-
rioris

ANNA-
TARVM
etymon.

(a) NOVELLA 123. cap. 16. cuius autor Iustinianus an. 541. rem Vocabuli
nobis ipsam describit, quodam uerborum circuito, ut peculiare nomen *Annata*
eo tempore nondum enatum esse videatur. Apud HOSPIENSEM ^{rurum recen-}
qui circa annum 1260. uixit, honorarii huius pontifici Romano ex ^{tiores nata-}
foluendi, pariter mentio fit in cap. inter cetera X. de officio ordinarii; quod ^{les, bimana,}
eiusdem loci commentator, illo centum fere annis iunior, reperit Ioh.
ANDREAE; ipsam uero *annatarum* uocem neuer adhibet. Me igitur
auctore, sub exitum seculi decimi quarti uerbum hoc demum audi-
tum est: quo fere tempore legitur apud CUVSANVM; PLATINAM,
doctores concilii *Constantiensis*, quos recensebò inferius.

(b) Marcellus ADRIANI in prima decade Liuii rem his uerbis origine
conficit: *Annea, anno. Alla fine di quella anna, vengono messaggi de ITALI-*
Porsena. Dicano ANNATA, mesata giornata: che vuol dire un anno CAE.
intero, un mese intero. E quando diciamo, io gliel' ho dato un'annata,
vuol dire che gli s'è dato tutto quello, ch'egli ha d'auere in un'anno intero.

A

Vocabu-

Vocabulario degli ACADEMICI della Crusca haec reperit probatque, ut facile ad intelligendum sit, annatae uerbum Italicæ deberi, cum terminacionem habeat linguae Italicae in aliis quoque vocabulij frequenter usitatam. Quod nihil mirum est, cum certissimum sit, pontifices Romanos antiquis annatarum iuribus nouas demum leges statuisse, ut cum iisdem omnino nata esse uiderentur. Utinam studiis Italorum, qualia uocabularium hoc prodit, Gallorumque ad culturam uernaculae

Cursim de ipsis quoque Germani excitarentur. Nam HARSDOERFER & uernaculae SCHOTTELII conatus mox deferuerunt. ZESU & similium im-

cultura. petus parum a furore absunt. SPATENII lexicon, quamuis næuis

histe non careat, plenior tamen is alius est, cuius exemplum si perito-

res imitarentur, de successibus desperandum non esset. Christianus

GRVBELEVS & nuperrime Christian. Theopb. GRAVIVS ad hoc li-

terarum genus animum adulterunt, nullo tamen tuceſſu. Euaneſcit

hoc institutum & uolgi ludibriis exponitur, si ex umbris tantum pro-

dit scholarum. Reſtore opus est, qui & ratione & usu, auctoritateque

pollet: quorum unum si abeat, cetera locum non tuebantur. Exem-

pla mihi ante oculos obuersantur societatum diuerſarum, in quas supe-

riori ſeculo pro uernaculae cultu coiuere aulae, curiae, sch. lae. Pri-

mordii gloria principi Anhaldino debetur LVDOVICO, qui incredibili-

blem operam adhibuit, ut confilia haec proſperi eventus adprobarent.

Nullis furnib⁹ is pepercit ad alenda ingenia, induſtria inq̄ue hanc rite

promouendam. Atrium palatii sui amplifissimum his musis destinauit.

Literaria etiam documenta in αρχαιω pulcherrimo ordine disposita.

Inter cimelia Cœthenſia tres hodienum matriculae adſeruantur, qui

bus nomina, symbola, emblemata insigniaque inserta conſpicuntur

membrorum Teutonicae societatis. Potentissimos in iis reges & S. R.

I. electores numeraueris, qui purpura sua nihil indiguum putarunt, il-

lius ordinis fieri collegae. Nihil ergo in optimo principe desidera-

ueris, quem Suecia rex principio statim inferioris fere Saxoniae uni-

uerfas conſtituit gubernatorem. Quam spartam per integrum quin-

quennium is laudabiliter exornauit. Post enim nescio qua ſupicione

motus, munere iſto ſe iterum abdicauit. Sacris illius manibus haec

dare uolui & honori Anhaldinorum in iisque gratiae principis pru-

dentissimae, quae in Cœthenſi ditione summam nunc rerum tener, ma-

gnō olim principum minorennum commodo & singulari in subditos

benevolentia. Haec praefes opusculi extra ordinem, sed praeter cui-

ſam

prioris (c) & quatuor fere abhinc seculis ciuitate donata Romanae ecclesiae (d).

§. II.

sam non scribo, quod princeps illa regis mandata exponentem magna cum humanitate & excepit nuper dimiseritque.

(c) Omnibus hic laudatur locus MACROBII lib. I. Saturnal. cap. verbum 12. ubi inquit: eodem quoque mense martio & publice & priuatim ad annare, an Annam perennem sacrificatum itur, ut ANNARE perennareque commode liceat. Hoc mense mercedes exsulabant magistris, quae completus annus deberifecit. Verum primo cum in alio nullo auctore Latino verbum annare occurrat, subdubito, illud unquam in usu veterum Romanorum fuisse. Magis enim mihi credibile est, effinxisse Macrobiū illud causa solius etymologiae. Deinde parum hic congruit annare. Annatae enim dicuntur, quod unius anni reditus non excedere debeant: annari vero, quod singulis annis fieri adsolet, ut festi dies anniversarii. Nisi forte eredere uelis, Italos olim annuos Quoscumque reditus annatas dixisse, primi autem anni reditus pontificales annatas cognominasse, demum nomen, quod olim commune fuerit, proprium factum esse curiae Romanae. Ad similitudinem pae, quod idem quam pater: hodie autem peculiare pontifici R. cognomenrum. Sequioris aeuī etiam scriptores annatum dixisse, quod aetatem habuerit unius anni, uti oues annatae: superannatum uero, quod anni spatium excessisset, FRESNEVS prodidit ex antiquitate monumentorum, unde facile repetit SCHILTERVS lib. V. de lib. eccl. Germ. cap. 6. §. 2. p. 671. Ceterum ego uoci non Romanam, sed Italicam originem statuo. Idque non solum propter causas superius addlegatas: sed etiam, quod cum sacrīs Italōrum barbarus quoque eorum sermo & ecclesiās inuaserit & scholas Germanorum. Quid? quod mystis apud nos in deliciis quondam fuerit, curiae Pontificis imitari rusticatatem.

(d) Propter rationes in lit. a. expositas. Nam sub finem seculi decimi quarti perpetuo apud doctores occurrit. Idque non solum in Latino sermone; sed etiam in lingua uernacula Germanorum, Hispanorum, Gallorum, Britonum aliorumque, qui pontifici Romano hoc iure vestigiales facti sunt. Ceterum quod uerbum hoc feminini generis

Significa-
tus.

§. II. Quamvis uero appellatio haec noua sit: ipsius tamen rei ex ultima nihilo minus uertestate eruendi significatus (e). Annatas enim honorarium (f) dico, ex redditibus primi an-

Quantum
momenti
pendeat ex
origine an-
natarum?

generis & qualitate substantivum sit, id uel Italicae terminationi in *ata* debet, uel rei, quam notat: ut idem dixisse videare, quam *annatas pecunias*, uel, quod familiarius curiae Romanae, *annatas penso-nes*. Huic tamen praefero conjecturae priorem.

(e) Ecclesiastica in primis iura, quae nulla lege diuina; sed uel pactis tantum uel consuetudinibus longinquis nituntur, melius intelli-gi nequeunt, quam ex temporis, quo primordia sumserunt successus-que, solicita indagatione. Ita enim causae eorum, artes, machinae, fraudes se produnt & tota compages, qua ortus cum fine cohaeret. Unde facile est ad peruidendum, quid falsi insit, quid ueri: quae de-creta diuina sunt, quae humana: quae probitas excluderit, & quae am-bitio, auaritia & luxuria. Hoc uero si doctorem lateat, in biuio is-uerfabitur & clausis oculis pugnabit andabata: neque parti aduersae umquam remedia deerunt, causae suae consulendi. Nunc distinguit, nunc limitabit: ultimo latibula queret aut foliis fibyllinis omnia ir-riteret & illaqueabit, ut quod ille dixit, ueritatem amitas disputatione. Quibus ergo tenebrae profundit, illi salutem ponunt in negotiis sophi-starum: in historiam autem magno odio sunt, lucem illam ueritatis. Viderunt hoc pridem theologi diuersorum sacrorum. Inde enim pontificis tantus cultus pro studio abstrusioris philosophiae: a genuinis autem veteris ecclesiae monumentis summa indignatio. Uinam in iure nostro eodem itinere incedenter doctores, neque maioris mo-menti controversias responderent, nisi legum originibus causisque eru-tis ex temporum resta historia. Periculum, ut olim in aliis, i a in hoc etiam argumento faciemus & sperabimus fore, ut lites annata-rum felicius, quam adhuc factum est, conficiamus.

(f) Generis loco honorarium dixi, neque sine causa, quam rube-
tur VI. PLANVS L. pr. ff. si mensurafals. modum dixerit ubi inquit: non
crediderunt ueteres inter talem personam (pontificem Roman. & sacrum
antisti-

Annatae
honorari-
um sunt,

antistitem) locationem, & conductionem esse: sed magis operam BENE-FICII loco praeberi & id quod datur ei ad REMVNERANDVM dari & inde HONORARIVM appellari. Mercedis enim vox quod turpe lu-crum sapere; rem vulgari commercio immiscere; pretium quoque ad-aequare beneficio videatur, instituto minus congruebat. Quemad-modum igitur honoraria acceperunt iure Romano aduocati l. 38. ff. loc. conducti: professores l. 1. ff. de extraordin. cognitionib. publici rerum administri l. 1. ff. si mensurafals. modum. certo casu iudices l. 16. ff. de mu-nerib. & honorib. patroni a clientibus: ita pontifex quoque eadem ac-cepit ab antistitis ecclesiatum. Neque tamen est, quod opponasho honoraria norarium ac ipi quidem honeste, inhonesto tamen peti l. 1. §. 5. ff. de ^{an expeti} posint?

extr. cognitionib. adeo, ut TULLIVS in Pisonem p. 93. arguat: qui mo-dus tibi fuit HONORARI? si quidem potest ut & meta extortum hono-rarium nominari. Hoc enim minus forte responderet & moribus curiae Romanae, quae tantopere annatas urget definitique & nostro, quod respondemus iuri, pro expertendis annatis. Verum honoraria quo-que legibus Romanis, nulla dedecoris nota definiri, exigi atque ingratos propterea in ius vocari potuisse, plura loca sunt, unde hoc clarissime patescit l. 38. ff. locat. condiceti l. 3. C. de postul. Ipsi etiam Graeci mercedem, caufae patronis datam, non tam μισθωτα quam, honestiori uerbo, τυνηρονοι appellare maluerunt, quod legitur apud ARISTOPHANEM in uestis, istropha, ubi filius Bdelycleon parenti huc genus uitae exprobrit v. 49. aut quemadmodum CYRILLVS in gloriario circumserbit τὸ ἐπὶ τυνηρος θέατρον. Alia loca FRES. Fraus, quae hic lateat?

& dum pecunia eum emungimus, gratis tamen largiti esse, dicimur magistri, doctores, praecceptores, ciuiles ac sacri antistites, cum op-probrio & iniuria maxima infeliciis plebeculae. Seilicet res nostras inaestimabiles dicimus, ut sine modo & mensura hoc titulo nummos corrodamus. In uernacula dicimus: eine discretion; sey nichts ge-zwungenes; stehe im belieben. Hae artes apud Romanos in curiis re-gnauerunt, quae in scholis, templis & ecclesiis Christianis nunc domi-nantur. Utinam quae pretia constituta sunt operis medicorum & ad-uocatorum in bene ordinata republica: eadem etiam definiuntur in Beichten, Kindauftau, Begraebnissen, lectionibus deren Professorum. Theologi, qui Simoniacum id habent, nenias guunt. Tunc enim Simonem magum in uerbo peccasse existimas, quod mercedem ob-tulerit

ni (g) a sacris antistitibus (h) exsoluendum largito-

tulerit pro uiribus sacri spiritus. Ergo immunem a crimine haberes, si Petro porrexisset honorarium. O ludibria, o nugas! Non formulis gaudet Deus, sed ab hac labo integra mente. Ceterum anonymous AVCTOR obseruation. LL. p. 97. interpretationem habet a nostra paulo diuersam: *annata*, inquit, *unius anni fructus, uectigal ecclesiasticum, iura pontificum.* Sed *istud* nec uerum semper nec de natura rei esse uidetur, *illud* vero rigidum nimis ac durum; *hoc & longius petutum & soli pontifici tributum*, quod tamen aliis etiam competit largitoribus facrorum, quae dicunt, *beneficiorum*.

Notatus
auctor LL.
anonym.

Quare an-
natae sol-
uantur ex
reditibus?

(g) Multum sane imo plurimum interesse uidebatur, annatas ex redditibus persolui bonorum ecclesiae. Primo enim onus hoc creditum fuit, non tam sacri antistitis esse, ut munera causa iis pecuniam daret, quam praediorum aut reddituum, rerum scilicet vulgari commercio non exemtarum. Ut adeo non persona clerici, uerum res obligata esse, censeretur. Deinde uera census impositio haec non fuerat, sed detentio solum aut defalcatio partis salarii, quod patroni liberalitate clericis obuenit. Eadem ratione, qua tributa uiritim aut per capita, quod aiunt numerata rerum ministros non tenent, sed eorum tantum salario. Ut non iniquum esse, existimem, si hoc casu annuis quoque clericorum salariis portio desecetur, quod exemptione eorum onus accrescat reipublicae, in qua vivunt uiduae, orphani, homines pauperissimae sortis. Post cum bona ecclesias obuenerint largitione hominum secularium, hi meliori conditione illa dare non potuerunt, quam ipsi possederant. Sed lex uere communis est, nouum fundi possessorem, auspicii loco, aliquam summam numerare principi aut patrono, die Lehenwahre, laudemium, Kaufflichos uel simile quid. Eadem, me auctore, ratio annatarum. Demum, ne annarum nimietate peccetur, proprio earum ad redditus primi anni facta, quos superare non poterant Nouella 123. c. 16. Hoc igitur cum summa ratione constitutum esse, patreat, illi pontifices imprudenter fecisse uidentur, qui annatas actione personali a clericis extorserunt, ut ab his ante soluerentur, quam sacri munera partes illi capesserent. Imo cum modica principio summa esset annatarum, quae uix alteram partem exhauebat annorum reddituum: post ea augeri coepit ad gentium inuidiam uniuersarum. Sed plura de his scribentur inferius.

tori (i) beneficiorum ecclesiae (l). Aliquando ^{OVIN.}
etiam *quintanae* (m) uel *quindennia* audiunt, si ^{TANAE}
^{quod uer-}
^{bum?} ab

(h) Principio solos episcopos annatae tenuerunt; post omnes A quibus
clericos alios, quorum anni reditus uiginti quatuor aureos (*ducatos*) soluantur.
superarunt cap. 2. & 7. *septimo Decret.* Imo omnes usufructuarios
bonorum ecclesiae in monasteriis, hospitalibus utriusque sexus abbatis:
pastores quoque & officia curata hoc censu onerat cap. 7. *libri eiusdem.*
Quamvis, ut uerum fatear, in matriculis annatarum minoris sortis
beneficia non adnotata esse, reperiantur. Forte ne claves nimium ex-
crescent, aut quod operorum nimis fore, reditus singulorum habe-
re in numerato. Inde huius generis beneficiarios camerae Pontificis
praefecti uerunt, ut fidem suam iureiurando adstringerent, in defi-
nienda summa annorum redituum.

(i) Pontifex sibi annatas arrogat, propter *uniuersale dominium*, Cui soluen-
quod habeat in omnes ecclesias. Alibi ad onera prouocat regendi dae anna-
uniuersim ceteros christianorum, quibus aequissimum sit, ut commoda tae?
quoque annatarum respondeant. Eoque magis, quod pontificis or-
dinarii reditus non sufficient ad elendos curiae Romanae administratos.
Plurimi causam annatarum in largitione beneficii ecclesiastici repo-
nunt. Quo iure Angliae quoque reges aliqui usi sunt, quibus & nos
calculum addimus: inferius haec de re acturi ex instituto.

(l) Non enim muneris causa: sed redituum ergo annatae solun- Quare sol-
tur. Inde grauerit obiurgat pontifex camerae praefectos, quod anna- uendae an-
tas illis quoque extorserint, quorum reditus minutissimi fuerint uix octo natae?
aureis maiores. Olim itaque, cum clerici gratis munere suo defunge-
rentur deque suo parrimonia uiuerent, si aliquod habuerint, sin mi-
nus, necessaria tantum ecclesiae beneficio illi caperent ad iustum & cul-
tum, nulla fuerat ratio annatarum. Ante etiam uerbum hoc Romae au-
ditum non est, quam pontifex iura beneficiorum ecclesiae de manibus
Caesarum extorsisset. Quae omnia eo faciunt, ut constet, non aliam
annatarum causam fuisse, quam reditus bonorum ecclesiae. Qua de-
te suo loco.

(m) Ita legitur in *decreto Caesaris de curia Romana an. 1641.* apud Quintanæ,
LONDORIIVM tom. V. p. 165. his uerbis: *Dass die curia Romana*
sich

ab ecclesiastico munere aliquis se abdicauerit,
neque id morte fuerit vacuefactum.

ORIGI-
NES anna-
tarum.
et dicitur A
.

§. III. Principio ANNATARVM ORIGI-
NES indagandae (a), unde controuersiae mo-
menta pendent grauisima (b). Ita enim fa-
cilius

*sich neuerlichst angemasset non denen nicht allein in Kayserlichen Erblan-
den: sondern auch im H. Reich gelegenen geistlichen beneficis die AN-
NATEN oder QVINDENNIA zu fordern Occurrit etiam QVIN-
DENNIAE uerbū cap. 4. & 7. in sept. Decret. de annatis Interpre-
tem eius agat Flaminiu PARISIVS lib. IV. de resignat. benefic q. 10.
n. 5. p. 16. Beneficia unita seu incorporata collegio, capitulo seu conuentui
aut in illorum sauorem cessa seu resignata non uocant amplius. Ne igitur
frandetur cancellaria, introductus fuit stylus in cancellaria, quod, lapsis
quindecim annis a tempore unionis seu resignationis huiusmodi saepe sol-
natur deno annata talis beneficii sic uniti uel cessi & adpellantur
QVINDEMIA (quindennia) quia per decursum quindecim annorum
noua solutio fieri debet.*

(a) Sumere liceat uocabulum annatarum uniuersum. Quo sen-
su honorarium notat, a sacris antistitibus exsoluendum largitoribus be-
neficiorum ecclesiae, ex redditibus primi anni. Quod si enim ad sacrum
munus; non simul ad redditus ex isto munere uenisset antistes, nun-
quam huius Spartae candidato hoe tributi genus impostum fuisset.
Inde redditibus sacri patrimonii ita adhaerent annatae, ut eis quasi a-
gnatae esse videantur. Nenias autem agit TEXTOR. iur. publici tit.
XL. n. 156. si hanc ueram crediderit annatarum etymologiam. Clara
enim sunt, quae ea de re scripsimus §. 1. lit. a. Neque aetatis nos
poenitet, quam huic uerbo dedimus §. 1. lit. d. quod etiam LAVNOIS
suo calculo adprobat in libro de ueneranda traditione circa Simonianam
Obfern. XII. p. 312, ubi ait: *annatae nomen est, annos abhinc plus minus
trecentos sicutum.* Scriptis enim auctor an. c. 1510. & LXXV.

(b) Ante enim, quam hoc fuit, nescire te credas, quid scribas,
quid disputes. Ex instituto pro annatis libros ediderunt Ferdinandus
CORDVBENSIS; Thomas CAMPEGIVS; Iohannes AZO-
RIVS;

Scriptores
de iure an-
natarum.

cilius constabit, quo iure hoc tributi genus imperatum: qua causa solutum sit (c). Ultima tempora ad hoc argumentum nullam spem adferunt, non tam, quod opes non habuerit ecclesia (d): quam quod sacerdotum munus gra-

truitum

*Cur nulla
carior ne-
ficij in pri-
mordiis ec-
clesiae?*

RIVS; Prosper FAGNANVS; Natalis ALEXANDER: sed neque minori adparatu eas improbarunt Carolus MOLINAE VS; Marcus Antonius de DOMINIS; Nicolaus CLEMANGIVS, dum modo ille uerus libri auctor est; inter ipsos Pontifices Iohannes LAVNOIVS. Taceo CONSTANTIENSI & BASILEENSIS concilii ea causa praesentes doctores, qui in utramque partem hoc argumentum disputarunt. HARDVS Constantienes testes collegit in luce Deideria cemque produxit: cuius industriam pariter expectant Basileenses. Id Hardiano- uellem, in illis argumenti quoque civilis documenta extare, cum oratione Hardiano- rum uoluminum. Perae nostri in ecclesiasticis causis tantum subsistant. Plura hic in exēsis custodiuntur, que prodere non licet. Post tot iuris annatarum doctores superfluum esse, dices, prouinciam sumere, ab aliis iana occupatam. Verum quid desit supra laudatis scriptoribus; quid ab illis recte septiatur, quid fecus; quam diversi limites eorum a nostris, intelligent rerum periti.

(c) Quod inter desideria illorum habeo, quos proxime lauda Lex milii: id milii omni opera erit cauendum. Primo controuersiae ortus scripta in ante querendi successusque, quam iura ipsius argumenti responde lucubrantur. Deinde ad veritatem singula exigenda; non ad sensus priuacione opus sculi. Sipis aut cleri. Tum, quae commixta ab aliis sunt, illa se iungantur. Ad extremum Germanici imperii ratio habeatur & publicarum sanctionum.

(d) Principio apud homines christianos honorum omnium communione bonorum sublata, in opulenta? munio fuit. Fiscus ergo ecclesias tantum diues, singulū christiani oeclesia an muni opum possessione destituti. Communione bonorum sublata, in opulenta? eius locum largitione successerunt, tanta liberalitate, dum pii coetus cogenerant, factae, ut satis essent ad ecclesias subleuandam egestatem. Immobilis redimi bona tum vix poterant: quod iura collegiū aut

tuitum esset, instar tutelae apud Romanos (e). Bona tum ecclesiae pauperum fuerant patrimonia. Si aliquid sacerdoti inde erogatum est ad uictum & cultum; paupertatis causa id factum, non muneric ergo, operarum aut doctrinae (f). Antistes, qui bona ipse habuit, de

suo

aut uniuersitatis sacra nondum nacta essent christianorum. Conferantur, quae dicta sunt de ualetudinariis emeritorum. §. XV. lit. a. p. 103.

Sacerdotibus an ulla olim salaria?
 (e) Optime forsitan consultum fuisset religioni Christianorum, si, quod Romani in ciuili republica de tutelis imperarunt: id ipsi in sacris coetibus & sacerdotiis quoque instituissent. Tutor enim munus suum gratis obiit pierate ductus, non lucri cupidine l. 38. sub fin. ff. de negot. gest. Poterat non minori ratione, prouincia sacerdotis exornari sine ullo honorario & mercede. Non dubito, quin omnitempore reperti fuissent, qui, reiecta praemii aut salarii spe, aeternam mortalium salutem procuraissent, amore hominum & diuinæ studio gloriae unice excitati. Proh! Deum immortalem, si in hac facie perseuerasset sacerdoria, non tot maculae notassent ecclesiam. Quid com-
 modi inde facie perseuerasset sacerdoria, non tot maculae notassent ecclesiam.
 ecclesiae?
 Nulla ataritia fuisset uel patroni electoris, uel sacri muneric candidati: nulla, uno uerbo, simonia. Quis enim paupertatem uel in pretio posuisset, uel redemisset opibus. Luxuria nulla regnasset, quae marceret sine peculio. Ambitio, si animu[m] alicuius inuasisset, uires tamen suas exercere non potuisset, nisi in religionis nimietate: non in uictu lauto; non in uestium uel atrii splendore; non in ornamentiis aedium; non in adparatu comitatus. O ecclesiam fortunatam! o ipsos felices sacerdotes! Illam dico, quae hoc rerum statu tot causaverit cleri dehonestamenta: hos uero, quod peccata eorum blandae mortalium illecebras non irretinissent.

Cur olim
 sacerdotes
 a collectis
 immunes?
 (f) In prouerbium iuit apud ecclesiasticos scriptores: eleemosyna non potest eleemosynari. WILHELM. WATS in additam ad Matth. Paris p. 1042. Quod mihi optima ratione factum esse viderur. Quoniam pauperes nihil in republica acquirere possunt, officia autem Christianorum coetuum sunt, suis opibus subleuare ceterorum egestatem.

statem. Fieret igitur, si eleemosynae eleemosynarentur, licet sermo-
ne uti pristini acui, ut respublica aut una manu largiretur, altera uc-
ro, quod largita esset, iterum eriperet: aut nihil plane ageret. Fisco
enim eleemosynarum exhausto, ad nouas erogationes illa iterum erit
deuincta. Quemadmodum igitur pauperes a ii: ita sacerdotes quo-
que eleemosynari ab omnibus collectarum, angariarum publicisque
oneribus alii fuere immunes. Et hoc eas amplissimam interpreta-
tionem l. omnes 33. §. 7. primitus C. de episcop. clericis non inui-
deo. Lex enim §. placet C. de SS. eccles. sordidorum tantum mune-
rum fece praedicta uxari prohibet usibus coelestium secretorum dedicata.
Verum enim uero, cum hodie clericorum alii stipendiis iatis optimis
vivant; alii usufructuarii foecundissimorum praediiorum sint; dein-
de sibi acquirant suisque non ecclesiae aut pauperibus: non video,
quod paria habeant cum ciuilibus in republica administris commoda,
cur non onera quoque cum his eadem sentire debeant, cuncta scili-
ent genera tributorum. Idem de liberis & uiduis sacri quondam an-uiduae co-
stitutis iudicium erit ferendum. Cum enim ad alimenta eorum pa- rum ux-
ter familias clericus & ipse obligatus sit, gratuiti autem sacerdotii sint ele-
nulla luera essent: pari quoque iure illi uixerunt de eleemosynis?
Hodie alia iterum ratio, ubi uiduae clerici alimenta a republica aut
fisco pauperum der armen cassen non clericorum iure, weil sie eine
priesterwitwe, sed paupertatis causa debentur. Quod si itaque duea
uiduae sint, una laici, eines schoessers, einnehmers, altera uero clericis;
non video, si eadem illae paupertate premantur, cur haec praetera
in egestate sit subleuanda. idem dicendum, quoties duo filii, quo-
rum unus clericum, alter laicum parentem habet, munera petunt
ad studia bonarum artium. Sed tamen confuetudo ueteris ecclie
hodieque regnat, ut illum huic praelatum uelint hoc tantum argu-
mento: es waeren prieters kinder. Ceterum non ego e numero
illorum sum, qui hierarchiam Waldensium aut Anabaptistarum rei-
publice uelim commendatam, quamvis CARPOZOVI argumenta
lib. I. tit. 7. definit. 96. & 96. iuris: parum roboris habeant, quod Quo iure
ipso opima nostrorum salario & portulas aus dem beichtstuel, trau- falaria cle-
ungen eeteraque tueri uelit exemplis sacerdotum apud Aegyptios, pa- eatur Car-
ganos aut Iudeos. Primo enim christianorum doctorum haec a pa- pzius?
ganis diversitas, quod hi, sermone sacri codicis, uentre uelint pascant:
illi uero, que gratis accepere, gratis impertiantur. Deinde noui
alii

suo uixit neque ullis impensis onerauit ecclesi-
am (g).

*Quare post
demum fa-
laria consti-
tuta cleri-
cis?*

§. IV. Migrarunt hunc morem christiani,
sive ficerdotum (h) sive coetuum (i), sive exem-
pli-

alia longe excoeuula, quam veteris testamenti. Quae omnia cum do-
ctores confundant, fieri non potuit, ut in quæstione, utrum cle-
ri ci uel sui causa uel etiam bonorum a tributis uel ordinariis reipubli-
cae uel necessitate urgente extra ordinem imperatis sint immunes.
PARLADORIVS quotid. different. IX. §. 4. a. 7. 8. magno numero
pro utraque parte laudat auctores, adeo uero, ita enim loquitur, dif-
ficiles & perplexos ea in re, quales Caspia portas esse memorant co-
smographi. Ego, si quid definirem, inter faciem ecclesiae pristinam
& hodiernam distinguherem. Ibi me affirmantem haberes: non hic.

Clerici cur (g) Non satis olim erat, antistitem ecclesiam non onerare im-
olim etiam pensis, si proprium illi patrimonium: uerum, quoties a diuiniori
opificis?

munere ipsi otium fuerat, operas quoque suas locauit aliis, ut ex il-
larum uiueret mercede Exempla uirorum θεοπρέπων, aliorumque
doctorum laudare, inutile esset, cum ante nos quidem hanc spartam
occupauerint scriptores, memorati in *dissert. de iure ualestinarii* §.
XV. lit. a. p. 103. 104. At uero in moribus hodiernis iterum deside-
ro: quod indignum esse, credant munere ficerdotis, operarium
agere accepta mercede: uti arare agrum; metere fruges falcibus fer-
riculatis; legere spicam; cereviam coquere & que sunt generis
eiusdem. Ego ab omni crimine absoluo clericum opificem, dummodo o-
tium ei sit: imo conscientiae eius exemplum Paulinum propono, si
moneris tanti reditus non sint, qui sibi suisque ad uictum & cultum
sufficient.

Dicitur ho. (h) Actum agerem, enumerando commutatos post unum & al-
die facies terum seculum rationes ficerdotum. Quondam ad hoc munus uoca-
ti sunt homines infimae sortis ex plebe: mox, paganorum exemplo,
ficerdotia sibi adiuuere familiae nobiles. Imo, quod mireris, in
legem iuit apud Germanos, episcopum & sacri, si dicere fas est,
collegii alesforem non eligi, nisi gentilitiae uirum dignitatis. Ita
scili-

scilicet in transuersum egit arrogantia clericos, ut consiliarii regis ac imperatoris e ciuico ordine non raro eligantr: otio autem turgidi canonici locum nemo exinde queat subire. Imo, quod mireris, imagines quoque maiorum magna sollicitudine numerant. Vna enim in atrio lacuna fortunas hic perdit redditus diuinae spartae inhabilem. Quasi non eandem gulam, uentrem, stomachum, in his sacri otii fructus latent, omnes circumferremus mortales. Scilicet solos natum alium aestimant gradus; non doctrinæ, non uirtutis aut probitatis. Bilem scribenti mouet canonici Colonensis oratio, qua principes quondam Boicos *ineligibiles* dixit *ad canonicatus*, utor sermone ecclesiae, quod matre Polona editi essent in purpuram, quod negare non poterat, regalem, non tamen Germanicae nobilitatis. Bone Deus! quem fastum spirant eleemosynæ Germanorum. Huic turnido hominum generi quis negaret salario? Deinde olim uita proba fecit sacerdotem: non sophistæ artes, post uero litterarum adparatu opus esse credebatur, ad prouinciam sacerdotii exormandam. Eorumigitur, qui tot nummos in Academiis perdiderant sacro isto triennio, uacua aeris crumenæ diictum interpellauit, *gratis accepi*: atque idem ab ista obligatione absoluit, *gratis reddo*. Praeterea olim non tot inter pastores honoris gradus fuere, quibus pro gregum diuersitate unus se alteri anteferret. Quod cum semel factum fuisset, fieri non potuit, quin ambitio avaritiam pareret, haec luera salariorum. Tandem suo prorsus fine excidit clericatus. Rem, paganorum uirtutibus ignotam, uerbis sacri codicis enarrabo. Olim clericorum Sparta erat sui ipsius neglectus (abnegationem sui dicunt): uita se-grex: opprobria deinde & iniurias aliorum ferre oportuerat: spernere item fortunas, opes, honores, ne uirtuti obessent: summatim cum reliquis mortalibus nullo tempore conuenire, perpetua illis bella facere, confidere nunquam. Quid uero moribus hodiernis, ubi sacerdotem coniuiam aut comitem a reliquis hominibus non dignoueris, nisi signiferum uideas crucis aut tinctum pallii & uestimenti. Atque his iterum moribus colendis opus esse uidebatur grandi salario.

(i) Et uos laici in iudicium hic estis nocandi. Nam tenaces Sacrae manus uestras accusant, qui clericis constituere salario, ecclesiis autem ^{cionis ho-}
sacrum patrimonium. Vestra solum culpa communio honorum, ^{die corrū-}
culum illud amoris ac fidei Christianorum, sublata est. Exinde cum ^{ptela.}

plorum causa, quae ab aliarum gentium sacrís
repetiere (1). Sacerdotibus enim salario con-
stitu-

largitiones uestrae tenues essent; cum sacerdotem facinora uestra inter-
crepantem, eleemosynis parcus erogatis, in fame ac siti relinquere-
tis; uestris imo largitionibus linguis cohiberetis studiaque aliorum:
consultum magis ecclesiae uidebatur, clericos non uestra gratia uiue-
re, sed sacro frui patrimonio.

(1) Quoties lego, toties miror argumenta nostrorum, quibus illi
sortem christiani sacerdotii optime sibi rueri uidentur, exemplis paga-
norum. Hoc scilicet filo utuntur ratiocinii. Bardi Germanorum,
Druidae Celtarum, Graecorum oracula, Indorum, Brachmanes, Aegy-
ptiorum sacrificuli, augures Romanorum munieris sui ditissimam mer-
cedem habuere, quamvis nemias agerent uerderentque nugas suis:
quid ergo nefas erit, pastores christiani gregis optimam honoraria capere
pro momentis aeternae ueritatis. Hanc sane consecutionem ex anti-
quitate magno studio excolunt theologi nostri & cum Carponio
nostrri exscribunt iureconfulti. Idem mihi uiderit rei huius firma-
mentum, quam illud Israelitarum regem perentium, ut similem ha-
berent rem publicam paganis. Ut enim Israelitae a ceteris gentibus in
eo sciungi ac internosci debuerant, quod populum sine rege ueren-
tetur regerentque, diuino tantum auxilio usi: ita Christianorum sacer-
dotia a mystis aliorum in hoc ipso fuerant dignoscendi, quod mundi
diuitias spernerent, quod operas locarent sine mercede, quod sua non
quaererent, quod ventrem non paicerent, neque gregi sumtuosi essent
pastores. Nemadmodum uero ideo nihil abstinerunt Iudei ab im-
portunis precibus suis, ut Deus tandem, Samuele interprete, ipsius regem
adpellaret cum indignatione: ita noui foederis sacerdotia, cum pau-
pertas indigna uideretur clericis, ad illos opulentiae gradus eucta sunt,
ut iam nunc omnium paganorum diuitias queant anteferrri. Quis e-
nimir paganus sacerdotem audit territorii dominum, qui exercitum suis
impensis instruxerit uiginti millionum armatorum. Num florentissimus
hic rerum status inter beneficia Dei: an uero irati potius numinis poe-
nas haberit debeat, prudentiores sentient. In vulgi sermonem iuit:
pietas ecclesiae diuitias peperit; sed filia denorauit matrem. Olim lignea
uasa,

stituta sunt, quae muneris dignitati & amplitudini responderent (m).

§.V. Hoc semen dixeris, quod multos eccl^{esi}iae intulit abortus. Inde non expectata, sed ambitu petita sacerdotia (n): inde eo-
rum,

uasa, aurei sacerdotes; bodie Pythagorica uerior metamorphosis. Ceterum id dicere uolo, exempla paganorum audaciam animis & manibus sacerdotum addidisse, ut lauius uiuendo elemosynas invaderent & pauperum patrimonia degluberent deglutiarentque. Quae sacrilegia ut cessarent, quadripartita diuisio constituta & ita sacerdotis adsignata salario. Conferantur, quae de iure naletudinarii dicta sunt, §. XV. lit. a.

p. 104.

(m) Olim enim sacerdotem alium maiores dignitatem exi-
gere, improbum erat. Paupertas, ignobilitas, humilitasque, uirtu-
tes christianis commendatae, quas in uitorum classe numerauerant pa-
gani, confestere non poterant, cum quaestionibus de iure *προεδριας*, praecedentia?
Scio argumenta *episcopaliū*: sed neque ignoro, quae his respondere
presbyteriani. Seruatoris vox erat, nolite audire *magistri*: sed ratio
decidendi seruatoris, quia is uobis ego sum. Viderunt magistrum
suum apostoli: senserunt eum discipuli eorum. Qui uiuus oculum
& aures docuit: ille animos agitauit mortuus S. Sp. Hodie quid? Ni-
hil definio. Id scio, qui Christi uerbum salarii causa in ore habet, ei
opus esse episcopo: huic honoris titulo & quodam opum adparatu.

(n) Quod in tutelis principum contingit, ut, quod priuati fugi-
mus & deprecamur, illi magno studio, quandoque armis ac bellis ar-
ripiant sibi uindicta: idem hodie sacerdotiis uidemus evenire, dotii?
Unde ana-
Olim legibus opus fuerat de non declinando munere sacerdotii, quis
enim gratissimum onus ambierit, gratis sustinendum? ex quo uero
sacer-
faerae spartae inuidendi redditus constituti sunt, habendi cupidio ani-
mos inuasit candidatorum. Qui mores occasionem dederunt sanctio-
nibus ecclesiasticis aduersus clericorum ambitum & quam dixerit si-
moniam. His constitutionibus hodie est opus, non uero illis, ubi in-
ter centum candidatos, uno abnuente, alter non deest. Miror ita-
que

*Inde mer-
catus sacer-
dotiorum
& cause
annatarum.*

rum, qui illa conferrent, aemulationes dissidia, quaestus (o). Tria hominum genera in hanc arenam iuerunt, quoties constituendus fuerat sacerdos. Dominus aut princeps sacri praedii

que theologos tanta sollicitudine quaestionem hodieque tractare, an *falsa conscientia declinari queat prouincia sacerdotis?* Biennio abhinc purpuram electoris Romani, a Clemente XI. oblatam recusauit antistes, non sine indignatione & curie Romana & futurorum, quos habere debuerat, collagarum. Quis uero artes nouit, quae latent sub hoc tegumento? Celsat quoque hodie illa fere doctrina: *quo iure gregem mutet pastor?* Olim gratis erat mutatio, maior scilicet labor in grege ignoto, eadem uero utrinque, id est nulla, eius remunratio: hodie uero illa plerumque literatua est. Miror ludibriis illudi ecclesiae, *an uocatio diuina sit?* Si enim nutus tantum diuinos sequi volunt clerici: cur de salario; de titulis; de honore nouae spartae tam sollicito illis inuestigatio. Aut cur inaudiuim est, maioris salarii prouincia relieta, ad eam, quae minoris sit, transitum fieri. Ex salario potius ratione munus aestimari & uni alterum praeferriri, illud ostendit, quod, a maiori ad manus promoueri, crimen luat, inde nomen *den penitenz pfaffen.* Ceterum illa etiam causa ambitus est, quod theologia nunc in formam artis iuerit, quae magnis impensis addicetur doceturque in academiis. Eam igitur edocitus aliarum operarum ignarus est, unde merces expectanda. Fame itaque is periret inter tot candidatos, nisi & ipse spartam ritu veterum ambiret, quod filio legem violat, violat eam necessitas.

(o) Quemadmodum enim in Gallia & alibi locorum ciuilia reipublicae munera uenalia sunt, emtores tamen uolunt merentes: sic ex quo tempore sacra sparta redditibus est aucta, nihil turpe uisum est, idem onus imponi illius candidatis. Quod olim fieri non potuit. Emtorem enim officia non habuissent, gratis sustinenda. Infausti tum mangones: sardos dixisse penales. Hodie uero multis in commercio habentur sacerdota. Man bringt das ius patronatus in anschlag der guter. Der neue candidatus musz um diese braut offters sieben jahre

**Uenalitia
unde sacer-
dotia?**

dii (p): eius deinde procurator , quem aduocatum dixere (q): tum clerici , qui diuinitatem muteris

jahre des patroni kinder informiren. Die koechin heurathen. Sunt theologi & iureconsulti, qui consuetudines Pomeraniae tuerint: *da der neue prediger des uerstorbenen wittwe oder tochter heurathen mus.* Qui si recte philosophantur: absoluenter certe mercatores sacri muteris. Quis enim onus hoc, ad sponsam cogi, non redimeret gran-
di summa pecuniae.

(p) Quondam in principiis manu sacerdotia. Inde a principe populus ac clerici facultatem perunt hodieque, eligendi sacerdotem. Cuius juris exemplum illustre habes in ducibus Pomeraniae apud *Mo-
def. PISTORIS uol. 2. conf. 45. n. 90.* Elefas deinde ab eodem iterum confirmandus fuerat. Sequebatur introductio, nonnunquam in-
uestitura, per eundem erganda. Territorii itaque dominus occasio-
nem habuit, pro triplici officio tergeminam a novo antisitae expectare
remunerationem. Primum ac alterum non probo: sed ultimum le-
ges imperii tuerint. Sacri enim antisitites imperatori altera fere parte
majus honorarium hodieque debent, quam principes laici. *Artic. V.
Instrum. Pac. Osnabr. §. 21. ultra taxae ordinariae summam in super eius-
dem dimidium pro infundatione solvant praelati.*

(q) Post illa, quae *Hoepking* &, qui huius titulo saepe aruit *Ma-
gerus* & auctor *actorum Lindauensem* tanto adparatu congelescunt, bre-
uiter dico: sub eodem aduocati nomine diuerissimos latere significatus. Nam uel illi uices tantum imperatoris agunt uel domini territorii tan-
tum uel sacri tantum antisititis uel unius & alterius uel omnium trium iuris in
simul. Inde uni plus iuris, alteri minus aut nullum est in sacri mune praeulis
ris larg' tione. Magdeburgicus aduocatus, quem *Burggrauium* dixere, electione?
ab archiepiscopo constitutus, eius tantum uices egit. Nihil ergo iuris
eidem in noui praeulis eleccione. Contra Quedlenburgensem aduo-
catum primum ipse nominavit imperator idque non tantum qua impe-
rator, sed qua dux territorii Saxonici & conditor abbatiae; ut adeo is
uices utriusque sustinuisse videatur. Deinde idem Caesar posteris ita
prospexit, ut, quam diu penes illos imperium esset, tam diu sub impe-
ratorum potestate, id est *in iurisdictione & iuris tutela abbataria persistaret: si au-
tem, uerba Caesaris sunt, alter (alius extra meam gentem) e populo eligar-*
C

Quid iuri
principi in
sacerdotio?

Quid aduo-
cato dem
stiffs vogt

Speciatim
in abbatia
Quedlen-
burgensi.

tur rex (quis iam dicet sanguinis iure successisse Ottones) ipse suam regalem teneat potestatem sicut in ceteris (nam omnes praelaturaes, munieris intuitu quondam sub imperatore) Nostrae namque (ex aduerso non maneris, sed territorii causa) cognationis, qui potentissimus sit, aduocatus habeatur & loci praedicti (sicilicet territorii) & eiusdem cataruae (faci nempe collegii). Pater exinde, aduocatum non pendere ab abbatissa: non huius, sed domini territorialis uices eum gerere: adeoque potestatina (lege uim uocis apud FRESNEVM) iurisdictione eum gaudere, quae a Caesaribus in ipsum fuit translata. Quid? quod aduocati Otto & Henricus, conditores patroni fuerint abbatae. Hoc enim casu *synonyma* credit, aduocatus monasterii & eius patronus FRESNEVS. Quod si uerum est, idem ius ad posteros & qui in aduocacia successere, fuit translatum. Quo certe clarum est, sine *consensu* cuius generis aduocatorum fieri non posse praesulsi electionem. Qui tantum absit, ut superflua sit, ut potius & ratio uelit, & exempla comprobent, aduocatos hac causa electiones faciei colligii initas fecisse. Qui ius dat, illa etiam dat remedia iuris. *Frustra autem consensus requireretur aduocati in electione nisi electionem factam ex rationabili causa impedita posset*, inquit in hoc argumento SCHVRPFFIVS cent. I. consil. 72. n. 18. 20. Firmat itaque hunc iuris ordinem numerus aduocatorum, qui electioni omni fere tempore in imperio quoties capitulum uel petere neglexit consensum uel petitum parui habuit, obuiam iuere. Recensent ciuis generis aduocatos CRVSIUS in *annal. Sueu. uol. I. Part. 2. lib. 11. c. 13. p. 483.* BESOLDVS, iurium aduocatiae alias censor inquisimus, in *diplomatic. monaster. p. 268.* Discrepante etiam capitulo, quod ex iisdem intelligitur, aduocatus officio suo defunctus est, uel componeret dissidentes uel ipse eligeret, iure ad se deuoluto MAGERVVS de *aduoc. c. 11. p. 514. n. 17.* Quid? quod nulli contractui fidem suam adstringere quondam potuerit abbatissa, nisi suo ei adfuerit consensu aduocatus. VADIANVS de *monaster. Germ. part. I. p. 22. n. 2.* Taceo alienationes, etiam indirectas, quibus demum robur accessit consentiente aduocato, HEIDER in *actis Lindau. p. 872.* Tandem si iura exterorum cum nostris conferre liceat, aduocati auger etiam partes, quod abbatae uacantis moderatio ad ipsum in aliis regnis pertinuerit cum rediribus ALTESERRA de *duc. & comit. cap. 8. p. 45.* Imo ius praesentandi si habuerit in locis a SPEELMANNO p. 20. allegatis. Pro tot igitur generibus officiorum aduocatos a nouis praesulibus honoraria postulasse, intelligere licet ex prohibitione legis ideo factae de qua iohan. MORINVS de *sacris ordination. P. III. exercit. 16. c. 8. p. 308.*

neris largirentur (r). Singula haec barbari sensus uocabulis distincta sunt. Hoc enim uolunt illa

(r) Quondam principem, post eius nomine populum sacerdotes Cor cleri-
elegisse, comprobant plurimi auctores de DOMINIS; MARCA; cis tantum
FLAZIVS; CONRINGVS alii. Sed quaeſo! cur postea & in de-
cretis & in decretalibus tantopere laici omnes prohibentur, ne
uel eligerent ipſi uel electionibus adeflent can. 3. & 4. distinc. 63. imo
a laico facta electio ipſo iure irrita eſt can. 7. difſ. 63. nulla in contrarium
ualente consuetudine uel partis, cum ipſo etiam capitulo initis cap. 56.
X. de elect. & elect. potest. Anathema laicus, qui huic praeceptioni non
obedierit can. 1. difſ. 63. & idololatriæ habetur reus can. 12. & can. 16.
c. 16. q. 7. Huius instituti causas quamvis alii in eo quaerant, quod
in electione apostolica auctoritate opus sit & dono probandi spiritus can.
3. & 4. duc. 63. & sacramenti naturam habere electionem scribat
GOFFREDVS abbas Vindocinenſis de inuſtitura episcop. p. 263. edit.
Gold. imo etiam turpem quaefutum inuenient alii, propter quem laici ex-
ciderint facultate eligendi: mibi tamen alia etiam hic ratio subelle, ui-
detur, in eo ponenda, quod olim candidati sacerdotiorum fuerint milites,
iudices, opifices, agricolae adeoque futor fatorque tum sacerdos esse
potuerit, non theologus, quod nomen fuit hominum eruditorum:
Postquam uero theologiae ſtudium in quandam professionem iuit, licet
uulgari sermone loqui, neque sacerdos fieret, nil ad hoc munus in
ſcholis ſigillatim institutus, ut inter ſeculi portenta haberetur, wenn
ein corporal um eine pfarr anhalten, oder die bauren ihren amtmann
auf der canzel antreffen ſolten, quod paſſim fiebat ab electoribus lai-
cis, qui neque ab his moribus uoluerant desuefieri: conſultissimum
fuit, ut in conciliorum decretis homines laici omnes ab eligendi iure
excluderentur. Non uero electio tantum penes clericos eſt: sed apud
eosdem quoque ordinatio. Illa iura clericis iterum crepta uellem, pra-
terim in ecclesiis cathedralibus, ubi inuidenda ſane auctoritas aliquot
nobilium, canonicos dicunt, quod horum decreto obtrudatur prince-
pibus & electoribus imperii collega: non uero haec, cum ordinationis
ritus & apostolorum exemplo tutus ſit & perpetua ueteris ecclesiae con-
ſuetudine. Ex instituto de ſacris ordinationibus volumen conſcriptis

illa praesentandi (r†) eligendi (s), confirmandi

Iohannes MORINVS, antiquitatum christianarum callen-
tissimus, qua tamen de re agetur inferius. Utriusque igi-
tur officii causa clerici, ne laicis meliores essent, pecuniam extorierunt
candidatis sacerdotiorum. Mendacissimum hoc casu proverbiū est:
clericus clericum non decimat.

Unde iura
praesen-

tandi?

(r†) Nonora haec sunt, quam ut mea opus sit explicatione. Iuriis huius una mihi causa se exhibet in patronis: altera in clericis. Illi indignum habuere sua largitione ecclesiae facta, si iniuris obrudetur sacerdos usufructarius: hi tamen abire noluerant a dogmate, electionem non cadere in hominem laicum. Ut illi aliquid agere viderentur, quae enim damna non fecissent clerici, si negatione huius iuris laicos a piis donationibus auocassissent: in has leges itum est, quas expli- cant omnes doctores.

(s) Memini, ex ordine dictor, nuper quaesitum esse, *an ad imperatorem deuoluatur electio, negligente aut inuicem discrepante capitulo?* Negatum hoc est. Quamvis enim post trimestre excidere soleat iure suo capitulum cap. 41. X. de elect. & elect. pot. ne, eadente pastore, antiquus hostis dominicum gregem dilaniat can. 11. dist. 50. Deinde que ad tempus permissa sunt, post illud tempus censeantur prohibita l. 11. ff. de legat. 2. & l. 40. ff. de contrah. emt. Lapsus etiam menium legalis, sit, qui capitulum excludat ipso iure PANORMITANVS ad cap. 41. X. de elect. Post qui patiatur habi terminum, quo uti poterat, ille videatur iuri suo renunciare l. 7. C. de his, qui accusare non possunt & ibi BALDV. Tum clarum sit, elapsi trimestri deuolutionis iure electionem ad superiorem, qui proxime praesit, pertinere PAVRMEISTER de iuris lib. 1. c. 26. n. 17. p. 292. Praeterea ad imperatorem, a quo electionis facultas capitulo obuenit FLACTVS in catal. test. uer. lib. 9. p. 996. MARCA de concordia sacerdotii & imp. lib. 8. c. 15. n. 6. 7. illa, iure quodam postliminii, redire videatur. Quod enim prohibitum est ad tempus, post illud tempus iterum censetur esse permisum l. 3. §. 3. ff. de legat. 3. Porro neglecta per annum ad diem investitura, usallus beneficio excidere soleat 2. E. 24. 40. atque hoc ipsum congruat cum Instr. pac. Osiab. art. 3. §. 50. & monast. §. 39.

§ 39. imo eadem poena praesulibus A. C. speciatim sit statuta art. V.
pac. Ojn. §. 21. Ad extremum A. C. socii, cum papam iudicem non
habeant, agnoscere Caesarem debeat etiam in causis ecclesiasticis
DEKHIERVS in conf. forens. p. 1. c. 27. n. 43. Tandem imperatori
incumbat, discrepantibus cardinalibus, surrogare pontificem, quid-
ni codem etiam casu abbatem MVLZIVS P. II. c. 33. n. 98. Verum
enimuero quoniam primo iura deuolutio*nis*, trimestri spatio elapo-
a capitulo ad episcopum; inde post hoc tempus ad archiepiscopum;
ab hoc ad papam tantum solent deuenire cap. 3. X. de supplenda
neglig. praelator. Deinde electio e genere eorum est; quae
laicus nullo modo sustinere atque perficere queat, uid. lit.
p. §. IV. p. 20. & minime omnium id possit in ecclesia collegata
cap. 51. X. de elect. Tum exempla caufae non profunt laico-
rum, quibus tribuitur electio IVO Carnotensis de inuestit.
episcop. p. 185. TELLEZ ad cap. 43. X. de elect. illad potius hoc ca-
su credendum est, ignorantia aeuii vocacula presentationis aut con-
firmationis cum electione commixta fuisse WALTRAMVS de inue-
sit. episcop. p. 231. GOLDASTVS in notis ad Goffridum eiusdem ar-
gumenti scuptorem p. 261. aut, conniuencia clericorum, laicos electio-
nes usurparuisse GRETSERVVS contra Goldas. cap. 1. & contra re-
plicam c. 2. improba consuetudine & irrationali, quae nullum ius
facit c. f. X. de consuet. can. mala consuet. dist. 8. in hoc maxime ne-
gotio, ubi irrita facta est omnis contraria consuetudo cap. 56. X. de
elect. atque his legibus nunc viduit orbis Christianus DIANA p. 10.
tract. 1. resol. 5. & 6. Post exemplis exempla opponi queunt in pri-
mis Cunradi II. Caesaris. Hunc enim capitulares, quod ipsi inter-
se conuenire nequirent, rogarant, ut suam interponeret auctorita-
tem dareretur illis abbatem. Sed tantum abeat, ut is falsem in mes-
sem alienam miserit, ut potius sicut id non esse, dixerit anonymo
auctore teste Chronicu CASSINENSIS lib. 2. c. 66. an. 1033. inter-
prete CHOPPINO lib. 1. monastici tit. 1. §. 8. p. 12. Praeterea iura
dioecese a. a. & papalia, cuius generis est deuolutio, suspensa sunt art.
V. §. 49. Instr. Ojnab. hancquaque vero translata in imperatorem.
Est enim contra naturam suspensi iuris, eo uti uelle MEVIVS Part.
2. decis. 305. n. 11. & distincta sunt iura suspendere & transferre.
EVRSATVS conf. 392. n. 31. Tantum abeat, ut eo imperator uti
possit, ut potius non solum iuri territoriali acreuerit art. V. instr.
P. §.

P. §. 19. 48. & art. VIII. §. 1. verum etiam, si quid eius olim
habuisset Caesar, ei nuntium non obseuris uerbis misserit pacifica-
tor. Praeter primarias enim preces & inuestigatas nihil ei reman-
sit in praefulatibus A. C. Artic. V. Infr. P. §. 18. 21. Firmat e-
nim regulam exceptio. Porro inhabiles ad eligendum sigillatim di-
cuntur haeretici LANCELOTTVS lib. 1. Infr. tit. 7. §. 7. id
est illi, qui fidei dogmata habent aduersa. Quo igitur iure exclu-
dimur euangelici ab electione praesulnis catholici: eodem nos catho-
licos excludimus. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod
ipse alii dixit l. 1. ff. *Quod quis iuris.* Neque etiam illud largimur
uel Caesari vel camerae imperii, ut causae pontificis quondam iurisdictio-
ni subiectae illuc transferantur MYNSINGER cent. 1. obseru. 10.
GAILIVS lib. 1. obseru. 38. n. 1. ex instituto Dn. BODEN de il-
licita protestantibus provocacione in causis ecclesiasticis §. 15. 16. 19.
Potius hoc casu euangelicorum principum quilibet papa est in suo
territorio, id est, iudicem nullum haber plene vir illustris, Dn.
STRYKIVS in peculiari opusculo de iure papali principum euangeli-
corum. Demum nihil inde damni vel Caesari vel imperio e praefu-
latum interregnis. Episcopum enim, sede vacante, capitulum
praesentat, &c., quod debet, in imperio soluit Artic. V. Infr. P. §. 21.
Inde successio honorum ecclesiae nunquam dicitur vacare etiam si
moriatur praefatus SVRDVS Conf. 183. n. 27. KLOKIVS nol. 2.
Conf. 11. n. 10. Demum poena in feidis statuta neglectui inuesti-
gatorum dolum mult; deinde nasalium aut praefulem electum: u-
trumque vero dici non potest de capitulo Artic. V. Infr. P. §. 21.
Ut taceam poenam istam intra limites Longobardiae uiginti neque in
Germania esse receptam STRVVIVS iur. feud. c. 10. §. 9. n. 3. & ante
illum Hartm. PISTORIS lib. 2. quaest. 18. n. 8. Postremo etiam
nihil noui est electionem praefulnis in Germania absque ullo vel de-
volutionis metu vel feloniac aliquor annos impune dilatam fuisse
COTHMANNVS nol. 3. resp. 10. n. 19. Hac omnia eo faciunt,
ut intelligamus, imperatori iura deuolutionis nulla ratione dari aut adseri
posse discrepante electore capitulo. Quia in re prolixia fuimus, partim ne
ideo iura annatarum sibi idem arroget, partim etiam, quod nullibi hanc
questionem tractatam reperiamus.

(t) Illud

mandi (t), inuestiendi (u), ordinandi
iu-

(t) Illud ius domino territorii aut aduocato, idque uel supremo, Confir-
 imperatori scilicet uel inferiori, principi imperii uafallo relectum est. mandi iura
 Partim quod penes illos quondam fuerit electio: partim etiam quod penes
 eorum maxime interfit, ut dignum grex nanciscatur pastorem. Id quem?
 uero valde in hac doctrina cauendum est, ne confirmandi ritus cum
 diuinis, quas uocant, ordinationibus uel etiam cum inuestituris con-
 fundamus, quod tam in decretis, quam decretalibus paucissimum reperi-
 tur. Confirmatio enim nihil confert, sed quod collatum est, ratum
 habet agnoscitque. Ordinatione autem ille character deseritur, qui
 sacerdotem a laico distinguit. Inuestitura nihil commune cum utro-
 que habet, neque sacri munera rationes attingit, sed ad praedia tan-
 tum & fundos respicit, unde clerico redditus & salaria. Canonum
 interprete haec miscent, non quod ignorent omnes discrimen, sed
 plerique dissimilant ueritatem, ut principibus, laudemia aliaque,
 Praediorum causa, exigentibus terriculamenta iniiciant simoniae. In-
 de absurdissimae formulae: anathema sit, qui clericus a laico petit in-
 vestitaram. Apostolica autoritate hic opus, non laicali principum fa-
 more & quae sunt generis eiusdem. Haec omnia se recte habere pos-
 sunt & secus, prout ea interpretem bonum aut malum nanciscun-
 tur.

(u) Per annulum & baculum inauguratos fuisse sacros antisites, Inuestitu-
 notissimum est. Causa rei paucissimum probe perspecta. Plerique ^{ra} per ba-
 putant baculum pastorum hunc fuisse, munera pastoralis insigne. ^{culum quod}
 Ego, quin ita sentiam, mihi in memoriam reuoco, clientes olim
 uel celpite ex agro effosso uel etiam, quod plurimum contigit,
 fronde siue virga de arbore decerpta a domino feudi inaugurationem
 suscepisse. Quem ritum adduxit etiam MARCA lib. VIII. c. 19. § 7.
 Ut adeo ad fundos quoque feudales uirgam siue baculum episcopi,
 abbaris respexisse existimem, non ad sacri tantum munera rationes.
 Quid de annulo? Fateor, esse pulchram allegoriam novo sacerdoti ^{quid anno-}
 despontam ecclesiam. Verum symbola rei contulit princeps, temlus?
 ipsam autem clericus consecrator. Ita enim, nisi necum senseris,
 signum non habebis feudorum, quae tamen derulit per inuestitaram
 imperator. Sed antiquiorem hunc ritum esse, constat, illo tem-
 pore,

(x) iura, in uastis uoluminibus disputata. In hoc tamen, quorum studia rationesque diuerfae fuerant, omnes, quod mireris, magno concentu conspirarunt: ut, cum triplici uia eundum esset ad sacram spartam (y), nemini haec pateret, nisi qui clausam auro reseraret. Tria numina donis pacanda fuerant, si ouile sacrum introire uolueris absque interpellatione.

*Quarum
rationes
profluxi di-
uersae sunt:
confusae a
doctribus.*

§. VI. Iura inferius respondebo. Id certum est, lucrum hoc omni fere tempore improbauisse doctores (z). Utinam uero diuersa faci-

pore, quo fundi & territoria clericis adsignati sunt? Fallacia haec plurium interrogacionum est: quae plerisque imponit doctribus. Fundos regna demum christiana, imo antea uiri quidam probi, EVSEBIO teste lib. II. c. 39. de uita constantini agros adsignarunt quibusdam sacerdotiis: non uero territoria indeque pendentem iurisdictionem. Illud uero sat is est ad sustinendam *uirgam episcopalem*.

*Ordinandi
iura non
misceda
cum inue-
stituris.*

*Candida-
tis sacri mi-
nisterii cur
tot dui pa-
candi?*

*Cur simo-
niae signifi-
catus am-*

(x) *Iuo CARNOTENSIS; WALTRAMVS; Goffridus VIN-
DOCINENSIS*, uersti scriptores de *inuestitura episcoporum* tempore Henrici IV. perpetuo fere miscent *inuestituras Caelarum* cum *facris* *ordinationibus*. Nos superius lit. t. p. 24. sententiam diximus, qui locus cum animaduersione, lit. p. 19. prodita, est conferendum.

(y) Bone Deus! quot dui pacandi candidato sacerdotiis. Tantis scilicet ambagibus opus fuerat, ut iura, quae laicis ui exorqueri non poterant, inanum specie relicta, subdole tamen manibus eorum re ipsa subtraherentur. Non itaque mirum uideri debet, per ampliorem orbem totque angiporus uolui duique fortunas clericorum, breviori itinere deueniri ad amplissimam quamque spartam ciuilem, licet ecclesia in republica, non haec in illa esse, videatur.

(z) Quemadmodum supra p. 24. diximus, ecclesiasticos doctores *inuestiturarum* & *ordinationis* munera, toto coelo diuersa, inui-

cem

facinora illi separatim expendissent. Eodem enim cuncta momento aestimarunt uniuersim. Diritas *simoniae*: sacrum dicterium, *gratis accipi*: exilia *trapezitarum* e templo Hierosolymitano & quae fulmina generis eiusdem, idoneo forte argumento in clericos, sacrae ordinationis nundinatores emittebantur (a): sed hoc iectu non con-

cem hoc fine commisuisse, quasi scilicet utrumque idem perindeque ^{prior do-}
effet, siue princeps laicus uno siue altero siue utroque utretur: ita ob
eandem causam *Simoniae* idem incusat, quorquot a clericis pecuniam ^{ctoribus,}
solent exigere. Scilicet cum poenales leges interpretationem alias re- ^{quam codi-}
strictiuam mereantur l. 42. ff. de poenis § 1. 155. ff. de reg. iur. illi con- ^{ci facio?}

tra *simoniae* limites insto longius protulerunt, ut plurium animos
sibrarent hocque percurerent terriculametro. Erit igitur nobis ope-
ra adhibenda sedulo, ut *simoniae* rationes habeamus, quas sacer codex
uult, non uero partium studio corrupti doctores, theologi. Anarisi-
mi enim mortalium omnia reipublicae onera recusant & cuiuscunque
generis exactores tubotorum unico fulmine examinant, poena
simoniae.

(a) Dubitare quis posset, an *simoniae* crimen hac rerum facie in an hodie
ecclesiis uere queat committi? *Simoniae* enim definitionem aliam non
agnosco, quam Apostoli. Ad mentem uero illius dicendum est *peccatum*, ^{clericis} *committe-*
tum, quo *sanceti spiritus collatio uena'is habetur*, *turpisimo mercatu*. U ^{re possint} *crimen si-*
trum uero ex *lola manus impositione*, qua hodie clericos inauguran- *moniae?*
nostris sacerdotes, diuinus sibi afflati: promitti posit, valde ambigo. *an manus*
Primo enim nulla in sacris litteris huic ceremoniae facta est pollicitatio. *impositio-*
Ex aduerso inde potius clarum est, donum hoc tantum illorum fuisse, ne confera-
quibus deus vires largitus est effectrices miraculorum, ut adeo cum his
illud quoque videatur desuisse, id est, dictum, *accipe spiritum sanctum*, *tur s. spiri-*
cum altero, surge & ambula CALVINVS lib. IV. c. 3. n. 13. Deinde
proxima a tempore apostolorum actare, non verbis imperatiuis *accipe*
usi propterea sunt ordinatores, sed *precatiuis voluptatiuis tantum, quem* ^D *morem*

morem hodieque Graeci sequuntur, ne sibi vel rem tanti momenti arrogasse, viderentur, *Iohannes MORINVS*, qui veriora scribit recensere, quam adserere audet per facrorum rationes *Part. III. de sacris ordinationibus exercitatione I. & II capitibus diuersis* vel etiam symbolum notarent aliqua superstitione. Manus enim impositio Graecis *χειροτονίᾳ* sive etiam *χειροθεσίᾳ* dicitur, quamvis eruditus *Nortonus KNATCHBULL*, *Anglus in animadu. ad N. T. p. 56.* utriusque verbī differēt ostenderit, quo *χειροτονία electio, χειροθεσία autem manus impositio*, christianis doctoribus *καθέσθωσις* tam diu audierit, donec electionem, manibus plebis extortam, cum consecratione commiscuerint sacerdotes. Ceterum is ritus pluribus gentibus aeuo apostolorum communis fuit: quo vel eligentes calculos numerarunt, si manus eleuassent, vel iam electos populo designarunt notaruntque absque ulla opinione diuinæ inflammationis. Sié Graeci manus imposuere ducibus cohortum electis aliisque ciuilium munerum administris in *ordinatione γραπτην* ait DEMOSTHENES. Veterum enim loca ante me congeserunt *Ioach. CAMERARIVS in commentar. LL. utriusq. II. p. 263. Guilielm. BVDAEVS p. 163. FRESNEVS p. 1745. in gloss. Henr. VALESIVS in Harpocrat. zionem p. 32. 74.* Ebraeis manus impositio quandoque adhibita itemquamque alio tempore in *ordinandis presbyteris* omissa fuit, *Maimonide* teste apud *LIGHTFOOTVM ad cap. 13. aet. uers. 3. p. 97.* ut fieri non possit, illos huic sigillatim ritui *Dei* aliquid tribuisse. Porro si ille *χαρακτηρ* in quois clero requireretur, cur quaelo pastores in sacris occurruant toleranturque, qui *sordidi lucri causa* munere sacro defunguntur. Ego enim spiritum sanctum ab homine peccatore nullo tempore expecto. Post *χειροθεσίā* etiam minoris ordinis clericis hodieque fit *ofiario, lectori, cereario* pluribus aliis, a quorum muneribus tantillum non pender, quod miraculi fidem requirere possit. Praeterea neque dum sibi constant doctores, utrum manus impositione, an vero pōrectione annuli sacri numinis erogetur inflatus. Annulum vero sacerdoti laicos exhibuisse *lit. u. p. 25.* scriptum est. Tum etiam fidem mysterii perdit, quod pro graduum diuersitate sacram ordinationem repeatant, quoties scilicet ab inferiori ad superiore aliquis promouetur. Quod theatrali magis speciem haber: quam sacramentum dignam gratuitatem. Demum non video, quo iure papa pro lubitu sere irritis reddere ordinationes potuisset *can. 37. C. 12 q. 2* si eis ficer afflatus semper respondisset. Tandem si effectus de causa testatur, superius *lit. b. p. 15.* indagatum est, quid clerici nostri prae ciuilium

conflagravit, quod de sacro patrimonio defalcatum uoluerant principes laici. Illi rem diuinam uenalem habuere: non hi, qui operas hu-

ma-
villum rerum administris praecipui habere uideantur. Denique si sacer spiritus ordinationi adfixus, quo iure christianis legibus concessum est, ut ordinationibus largitiones fiant *Nosella* 123. c. 16. Ultimum est, quod hanc tesseram fororum cum illo potius indelebili clericorum charaktere tunculum habere existimem, qui errores a nostrisibus sunt confutati. Quod si ergo his argumentis aliquod robur est: nihil ecclesiae hodie a simoniae criminis existimo metuendum esse. Fieri enim non posset, ut uenitores emitoribus praestarent euangelionem. Breuiter, qui idem non perit cum Simone mago; ille idem non peccat. Taceo, potius cauendum esse, sacerdotibus iam factis, ne simoniae accusentur, qui neque gratis a peccato absoluunt, neque coniugia gratis consecrant: quam candidatis, qui ad salarii redditus potissimum anhelant. Accedit, quod leges etiam nostrae illos ministerii candidatos, qui numerum largitione antistites fieri capiunt, non simoniae incusant; sed criminis ambitus l. 1. §. 1. *ff. de ambitu*. Ipsa etiam l. 31. *C. de episcop.*, ita ab ambitu (solidi hic de simonia) liberum esse debere episcopum, ait, *ut indignus uideatur sacerdotio, qui non ordinatur immutus*. Conferantur *Nouell. 6. cap. 1. §. 9. & Nou. 123. c. 16*. Ego itaque omnes illos iniurios esse existimo in doctrinam euangelii, qui sacri numinis afflatum in N. T. *symbolis* adligant, manibus, palio, uestitus, formulis, numeris rationi rebusque eius generis aliis, nullo ad ita sentendum iussum diuino iastructi. Corda deus respicit animosque, quos ciuilium etiam munerum ministri illibatos queunt circumferre: tantum abest, ut sacrum spiritum unice quaeramus in clericis uel omnium pectora hoc nomine inflammata esse, existimemus. Ecclesia occidentalis in quanta hic superitione uerserur, inde pater: quod pessimus enique sacerdoti hunc adglutinatum esse existimant characterem; quodque clericum, ab haeretico uel huius surferis homine alio ordinatum, sacri illlico spiritus participem reddi, dicant propterea que hunc ritum iterare uelle, inter pieacula habeant quidam etiam partes quos salutamus ecclesiae, quos laudat *SVICERVS* in thesauro sub *noc. XeipodGeorius* & plenus *MORINVS* in l.c.

Loco simoniacae ambitionis criminis in iure ecclesiastico carere posse?

manas aestimarunt, aut onera fundis ac praediis imposta. Oculis uero doctorum quid glaucoma obduxit, quin discriminem uiderent manifestissimum? Alios ignorantia tenuit, alios supersticio, multos inuidia in laicos egit in transuersum (b). Iam ad seriem controuersiae, tot conciliis, legum latoribus & interpretibus, ordine tamen iuris nullo, disputatae.

§. VII.

Largitiones de falso patrimonio inter crimen simoniae?

(b) Pontificiorum decretis principi laico in sacerdotiis conferendis nihil fere supererat, quam patrimonii sacri *investitura*, instauratio nexus clientelaris, quo fundus tenetur. Quenadmodum igitur quaevis praedia feudalia laudemque onerum causa censum praestant domino, patrono suo: ita mirum est, simoniae criminis benignam matrem ecclesiam postulasse principes, qui idem peterent a confirmandis sacerdotiis. Non enim hic agitur de rei spiritualis mercatu, nisi in hoc pretio boues, oves, asinos habueris cum interpretibus decretuum. Hae enim illorum doctrinae sunt: clericum, qui fidem suam adstringat laico; qui huic aliquod officium vel nummos promittat praefterque, esse *simonicum*. Hae ratione simoniacum Caesarem ipsum faciunt, si ipse auxiliarites operas praefasteret episcopatus candidato vel confangalitatem vel amicitiae causa vel futuri commodi ergo, dass er mit dem k. wenn er zum stift kommt, eine alliance machen, ihm etliche regimenter halten oder überlassen wolle. Sed nulla huius doctrinae vel in sacris literis auctoritas vel primitiva ecclesia. Breuiter philosophari licet: qui operas in promotione candidati mercenarias habent, illi *falsi* criminis postulandi sunt; qui offerunt mercedem promotoribus, illi *ambitus* poenam iuant, quod crimen optime intelligitur ex illis, quae haber TIRAQVELLVS ad lib. III. cap. 17. genialium Alexandri p. 379. ut etiam corrupto promotori tribui posse videatur. Qui uere reditus nostri clericis nimium desalcant, illi ordinariis legibus coereendi sunt, quae facultatibus nostris praestant securitatem. Novis uocum terriculamentis opus non est in gratiam sacerdotum.

§. VII. Qui post Simonem magum (c) sa-
cerdotia uel nummis redimere uoluerint uel insti-
tuerint uendere (d), non antiquiores occurunt
aeuo

(c) Evidem *Simonis* exemplum, quod doctores huc trahunt, de *De simone quo querelam mouimus §. VI. lit. z. p. 24.* simile aliquid uix habet an-
natis. Ille enim uim effectricem ambiuit, qua apostoli miracula edi-
derunt, testimonia nouae, quae uidebatur, doctrinae. *Er volte den
geif, wunder zaerbun, kauffen ACTOR. VIII. v. 13. 18.* Verum ratio
sacerdotiorum in hoc genere non uersatur; neque sacri munera largi-
tores uel id pollicentur candidatis uel hi ab illis ullo tempore hoc ex-
petent uel expectant. Sordida rurum lucra in causa hic sunt, non
demum adquirenda per mysteria miraculorum, que hodie fere nesci-
mus, neque ex operarum mercede in sacramentis, consecrationibus,
orationibus & que sacri antistitis officia alia sunt: sed talia, quae et-
iam in otio feceris, dormitans, somno sopitus. Hoc bono odore
patroni allicuunt sacrae spartae riuales eoque hi ducentur capiuntur.
Que. Verum hoe neque in manibus tum apostoloram fuit: neque
Simon ab illis unquam rogauit. Blasphemus fuit Simon & religionis
sibi inimicæ turpis simus simulator *EVSEB. O interprete lib. II. c. 13.*
Sed haec quid ad iura annatarum?

(d) Uel enim sacerdotii candidatus spiritum s. emere tum voluis-
set: uel opimos redditus sacri patrimonii. Illud fieri non poterat, nulli sacer-
dotium, quod *Simonis* exemplum ab hoc facinore auocaret; partim
quod *χριστοδοξία* falleret indignos atque irrito esset effectu. Neque
etiam hoc sibi poterat tum proponi, nullas redditibus aut salariis cleri-
corum constitutis. Quamvis enim uel ex *EVSEB. I locis de vita Con-*
stanti. lib. II. c. 39. clarum sit, ecclesis fundos, praedia, agros ante
tempora Constantini magni habuisse; usufructuarii tamen eorum pau-
peres tum fuere, non clericci. Constantinus vero primordia dedit
opimis, salariis sacerdotum. Benigno, an irato numine id factum
sit, prudentiores uiderint. Id aegre me in *Eusebio* habet, eum tan-
topere gaudere diuinitis antistitum, neque dolere simul animos eorum
his illecebris corruptissimos. Id certum habeo, ambitum nulla ratio-
ne cohiberi, nisi ad pristinum statum redeant sacerdotia. Ante ali-
quot

*in synodō
EPHESI
NAA. 400.*

acuo Chrysostomi, qui criminis huius postulauit Antoninum (e). Caput rei cur in haec demum tempora? Ratio manifesta est, non diuinos afflatus; non indebiles illos characteres, quibus clericorum infimus etiam ordo gloriaatur; non angulos pallii, non mitram, non ornamenta alia sacerdotum in mercatu fuisse: sed diuitias & sacrum patrimonium, quo ecclesiam, suo certe malo, auxerat largitor Constantinus. Radices egerat consuetudo, sacerdotii candidatos in censum uenire, ut opus esse uideretur, clericos hoc iure interdicere in *concilio CHAL-*

C E D O

Paria omnibus clericis salaria uoluit R. Porass. quot annos REX noster id sibi proposuerat, ut pastorum omnium in pagis aequalia ubique salario statueret, sportulae uero, id est questus e sacramentorum largitione, sepulturis, benedictionibus, precibus aliquis auctibus uenalitatis cessarent prorsus punirenturque. Uno sic istu centum hydrae perirent, quae caput in hos sordes solent erigere. Hic ratione jesuitae uiuunt, quorum licet munera dierissima sint; idem tamen omnibus cultus, uictus, dignitas, commoda, reditus. Quo ipso non solum nullus inter illos ambitus aut simonia: sed etiam mirum est, quam feliciter compescant animos nimis elatos suorum. Sed de liberis, de nidu nostrorum quid? His uetus eccllesia eleemosynis prospexit, quod expositum est §. III. p. 10. lit. f.

Nendina-
tio sacerdo-
tiorum
tempore
Chrysot-
mi an. chr.

400.

(e) PALLADIVS, episcopus Heliopolitanus, doctoris sui, Chrysostomi uitam scripsit, cuius operibus illa addi plerumque solet. Sigillarium uero ab abbate Ambroso ordinis Camaldulensis illa quoque edita est cum interpretatione Latina. Ita autem Palladius: *Eusebius episcopus Valentianopolitanus synodo libellum accusationis contra Antonium episcopum Ephesinum obtulit, septem capita continentem facinorum eius, quorum ultimum erat, quod pro decreto & lege haberet ORDINA-*

TIO-

CEDONENSI (f); CABILLONENSI (g) cete-^{in CHAL-}
risque, quorum sententias ante me *Iohannes* ^{CEDO-}
^{NENSI} ^{LAV-} concilio au.
488.

TIONES EPISCOPORVM VENDERE PRO MODO REDITVVM.
Adjunt, qui dederunt & qui accepit Antonius: neque defunt probations. Patres synodi, Chrysostomo praefule, SIMONIAM detestantur. Negat Antonius moriturque probatione per testes nimium dilata. Superfites clerici, qui pretium ordinatori soluerant, tantum abest, ut inficias hoc tuerint, ut potius manifeste dicerent, hunc censum se inter peccata nunquam habuisse, iure enim CONSUEVDINIS sacros exactores episcopos tutos esse sequre ita a curia liberari. Sed condemnauit synodus heredes Antonini, ut aurum restituerent largitoribus atque bi ordine sacro exuererentur. Cum simoniae crimen borrendum sit caendum que christianis, ne Aegyptiaca consuetudine uenalitia essent sacerdotia. Eadem fere recenter GEORGIVS episcopus Alexandrinus in iusta Chrysostomi, quam PHOTIVS in epitome exhibet sect. XCVI. p. 258. n. 30. ἐδοκεν δὲ, inquit ille, ὅτι ἐπὶ χρημάτα χειροτόνων: septimum crimen erat, Antonino obiectum, quod, pecunia corruptus, ordinaret. Quamvis uero in hac sortitie ordinatos loco mouerit omnes Chrysostomus: post tamen quum ipse exul factus esset, in integrum omnes restituti sunt, teste eodem Georgio apud Photium n. 49. Palladium chronicis etiam suis fere integrum addidere D. ANTONIVS archiepiscopus Florentinus tit. X. c. 9. p. no. & BARONIVS ad can. 400. n. 80. ceterique.

(f) Verba decreti can. 2. εἰ τις ἐτέστωτος ἐπὶ χρήματος χειρο- Concilii
τοντας, sermone latino haec sunt: Si quis episcopus, accepta chalced.de-
pecunia, ORDINATIONES fecerit & sub prelio redegerit GRATIAM, creta 451.
quae uendi non potest ordinauerit, que per pecunias episcopum, aut chor- contra an-
episcopum, aut presbyterum aut diaconum aut quemlibet ex his, qui con- natas,
numerantur in clero; aut promoverit per pecunias dispensatorem aut
defensorem vel mansionarium vel quenquam omnino, qui subiectus est
regulari, pro sua turpissimo lucri commode, is qui hoc attentasse probatus
fuerit, proprio gradus periculo subiacet. Et qui ordinatus est, nihil
ex hac ordinatione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit a-
lienus a DIGNITATE vel soblicitudine, quam pecunias acquisiuit. Si
quis

*in DECRE-
TIS & DE-
CRETA-
LIBVS.*

LAVNOIVS (h) congesit, utinam digessisset quoque pro diuersitate, quam habent, argumentorum. In canonico quoque iure, tam in DECRETIS (i), quam in DECRETALIBVS

Concil.
Cabillo-
nense.

De Joh.
Launio
iudicio.

Decreta
contra Si-
moniam.

quis uero mediator tam turpibus & nefandis datis uel acceptis extiterit & ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si uero laicus aut monachus, anathematizetur. Non forte plenius scribi poterat, Hominum improborum alios ambitione agit, alios auaritia, ut viam sibi nummis parent ad sacerdotia. Ille morbus olim pestilentior fuit; hic uero nunc magis grassatur in tantis diuitiis ecclesiarum.

(g) Capitulo XVI. quod hoc est: *ut nullus episcopus, neque prebyter uel abbas seu diaconus per praemium ad sacrum ordinem pentitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem praemissi comparare praeferuerit, omnino priuetur.*

(h) Institueram omnia conciliorum decreta excerptere, quae agunt de hoc arguento. Sed hanc operam ante me suscepit occupauitque Iohannes LAVNOIVS, in libro, quem Parisii in forma minori edidit 1675. hoc titulo: *ueneranda Romanae ecclesiae circa simoniam traditio.* Id enim cum in hoc, tum in aliis opusculis suis agit auctor, ut non suo, uerum antiquissimum ecclesiae doctorum testimonio prodat veritatem iudiciumque lectori relinquat, ubi mores pristinos sequantur, ubi migraverint sacra pontificiorum sui aevi. Saepe miratus sum, conatrum uiri superiorum auctoritate non suppressum fuisse. Memini tamen etiam, eum in Gallia scripsisse idque illo aeuo, quo aula principis nubes discusserat superstitionis. Nostri manibus eius bene precantur nomenque catalogo addunt testium ueritatis.

(i) Non video, ullum delictum toties in *decretis* reprobatum esse, quam crimen hoc Simoniae. Gratianum, aut quisquis alias illa coligit, magnam indignationem inde concepisse oportet, quod unicum facinus tanto testimoniorum redarguerit adparatu. *Causam enim primam* non solum de *simonia* is fecit, ut, quo loco eius generis reos cum ipse haberet, tum haberi ab aliis uellet, intelligeretur: sed etiam *septem questionibus* unum hoc argumentum est perfecutus primamque earum

BVS (k), gratissima interdicta occurunt, unde ^{in LL. RO.}
^{MAN.}

in-

parum centum & triginta testimoniis corroborauit, non manipulo, sed cohorte armatorum contra unum hostem producta. Scilicet in turba & numero ponenda victoria fuerat, cum sigillatum instructa acies parum fortitudinis habere quideretur. Ne frustra me haec dixisse, quis existimet, firmitudinis, quam prae se ferunt allegabo specimen. Primo exemplum Giezi (*Gebasi*) 2. Reg. c. 5. u. 22. 27. quod hoc trahunt ^{ta} eorum can. 16. Q. 1. c. 1. ulde incongruum est, partim, quod miraculorum non multi nulla documenta edant nostri clerici: partim etiam quod Eliseo prophetae peculiares causae fuerint, ut in famulum mendacem, & hominem dolosum animaduenteret. Deinde stultissimum est, mercatores columbarum, quos seruator etenipo elecit, cum nundinatoribus conterre facerdotorum, quasi sancti spiritus umbrae fuerint istas columbae can. II. *Caisf.* 1. Q. 1. Tum doli conuincuntur admodum manifesti, quoniam can. 4. *Caisf.* 1. Q. 2. permittunt episcopis & cuiusque generis clericis, ut, si candidati ministerii post ordinationem eis honorarium id que ultro offrant, id salua accipi possit conscientia. Verum Naemanum Giesevo vel coactus soluit vel ante quam fuisset a lepra sanatus? Porro neque pallium sine hoc crimine redimi scribunt can. 3. C. I. Q. 2. sed papa tamen hodieque uititur hoc mercaru. Post enim Simoniae incusant, der etwa fur einen küsterdienst dem pfarrer eine wurst braechte can. 8. *Conf.* 1. Q. 1. quod minus nihil proflus momenti habet. Praeterea cheirothesiae uini sancti spiritus tribuant in homine etiam impio can. 30. *Caisfa* 1. Q. 1. qui tamen in re sibi iterum can. 29. *ibid.* obuersantur. Demum fruole aiunt, despere, si quis obiecerit, non confiterations emi, sed corporales ecclesiae redditus. Quia ut anima sine corpore esse nequeat, ita sine redditibus nequeat esse ecclesia can. 7. *Caus.* 1. Q. 3. Quod simile ulde alienum a puritate sacrorum christianorum illoque dicta; gratias reddite: imo iterum alii canonum 6. Et secundum aduersum est *Caus.* 1. *Quaest.* 2. O quam aurea hic uerba sunt: Pastores, qui opes habent, non rogent ab ecclesia ultimum salarium. Si aliquid illi rogant pauperi, quod debetur, subripiant grandi peccato. Confessantur: huic quae superius sunt scripta s. Hil. lit. e. p. 12. & lit. g. p. 14. Utinam etiam contra sportulas sacerdotum can. 104. c. 1. Q. 1. animis

mor-

E

intelligitur, a clero, uel muneris uel reddituum causa, aliquid exigere, in sumnum crimen uocari. Paganorum Caesarum constitutiones ambitum in populo redarguunt; ipsi liberas manus habent in munericu erogatione, etiam pretio aut nummis prouocata (1). Imperatores chri-

stia-

mortalium inscriberent: ne, qui baptizatur, nummos in concham mittat. Ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio disfrahere uideatur. Sed haec talia illi per transennam. Scilicet gratis accipere uolunt: sed pro nummis iterum reddere clericu non erubefcant.

In decretalibus contra Simoniam.

(k) Tertius enim libri V. titulus admodum prolixus agit de Simonia & ne aliquid pro spiritualibus exigatur uel promittatur. Deinde libri V. extrauag. commun. titulus r. eiusdem iterum est argumenti. Cautiones lectori obseruandae repetantur ex illis, quae modo commentari sumus in canones decreti. Quamuis vero nihil meliora sint; que hic dicuntur: sermo tamen maioris est cautionis. Post tot interpretes, qui adlunt decretis, mea hic non opus erit industria.

LL. ciuiles contra ambitum auctoritatem sacerdotiorum.

an pagani imperatoribus obfuerint, quin munera ipsi uendarent?

(l) Notari merentur haec loca sigillatim: ne eiusdem superstitionis arguenda esse uideantur cum iuris sacri decretis. Lege un. §. 1. ff. de ambitu in solis municipiis ambitus sacerdotii centum aureis & infamia punitus est. Nullum crimen in urbe id habitum fuit, ex quo principes cum magistratus alios, tum etiam sacerdotes nominarunt. Populus enim quondam largitionibus corrumphi atque in factiones distracti hi potuit: non princeps arg. l. 11. ff. de pollicit. Populo homines ignari obtrudi poterant, non principi; de illius enim dignitate dubitare, quem ipse elegit, sacrilegium est l. 3. C. de crim. sacrilegii. Causa itaque legis celsante, legem ipsam desuetudine sublatam fuisse, puto, ut nihil turpe haberint imperatores maxime, censum exigere a quo-uis lucrosi munericu candidato. Lege enim 11. ff. de pollicitationib. tutos esse cum aliis principes, tum Galliae reges, existimo, qui plus licitabitibus provincias deferunt. Miror, interpretes fingere hic discrimen inter honoraria, quae in reipublicae utilitatem arque palam soluan-

stiani, quorum alii omnes largitiones impro-
bant, alii in crimen tantum uocanthonorarii ni-
mietatem pro sacra ordinatione(m). Facino-
ra haec adnotant reprehenduntque priuati et
iam

CC. christi-
anorum.

solvantur & illa, quae uni clam promittantur, digna demum ambitus
animaduersione, ita PEREZ in codicem ad l. Iul. de ambitu n. 6. Ego
certus sum, nihil inhonestum moribus Romanorum fuisse, principi,
muneris largitori, pecuniam quacunque ratione modoque persolui.
Primo enim exceptio regulam firmat. Sed hoc iure, ne municipales
utantur accipiantque aliquid promotores, tantum lege allegata caustum
est ff. de ambit. Deinde quin offerant nummos, nulli prohibentur,
quam illi, qui rationes pristinae spartae nondum reddidere lege un. C.
ad leg. Iul. de ambit. Post claris uerbis a Modeftino dicitur, celsare le-
gem ambitus in urbe, ubi munera disponat imperator, l. un. ff. de ambitu.
Demum super qua re pacificavit, illa res fuit in commercio §. 2. l. de
inutil. stipul. atqui licet fuere pollicitationes de munere conferendo
l. 1 ff. de pollicit. quis ergo dubitabit de filo bonaee confectionis?

(m) Lege 31. C. de episcopis & cler. omnium leuerissima. Ne-
mo gradum sacerdotii uenialitate meretur. Quantum quisque merea-
tur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Nec pretio sed precibus
ordinetur antifites. Cum sane si quis hanc sanctam antifititatem fedem pe-
cuniae interuenient subiisse, aut si opus, ut alterum ordinaret uel elegeret,
aliquid accepisse detegitur ad instar publici criminis & LAESAE MAIE-
STATIS accusatione proposita a gradu sacerdotii RETRAHATVR:
sed perpetuae quoque INFAMIAE damnari discernimus. Tiemenda
haec uerba sunt Leonis & Anthemii. Mitiores paulo sanctiones Iu-
stiniani. Loco enim infamiae ille decem libras auri poenae loco in Mitior hic
transgressores statuit: imo ab eadem Constantopolitanam ecclesiam nianus.
profus exemit Nouella 56. cap. 1. Mox consuetudinis habendam ra-
tionem esse uoluit, qua ordinandi pro sacris ordinationibus soluere
teneantur: modo summa haec unius anni emolumenta non transcendat
Nouella 123. cap. 16. Quod adeo uerum esse, uult, ut ipse papa se-
nioribus Romae hunc censum illis soluere debeat, qui in eius conse-
cratione operam suam impendere Nouella 123. cap. 3.

*in scripto-
ribus pri-
uatis.*
iam scriptores CASSIODORVS (n), SIDONIVS
(o) juniores alii (p). Quae tamen omnia plu-
rimum abesse, dixi (q) a rationibus annatarum,
quie-

(n) *Libri IX. epistola 15. Athalarici regis est, ad Iohannem papam*
exarata, ne honorari nimietate noui onerentur episcopi atque cum
his ipsae ecclesiae. Cum exempla supersint eorum, qui, ut damnum
refarcirent aut aere hac casu contracto se liberarent, pauperum pa-
trimonialia id est ecclesiastica bona inuaserint aut etiam vasu templorum
vendiderint. Quare adeo sanctam uoluit hanc legem rex Gothus, ut
tabulis marmoreis incisam ante atrium beati Petri apostoli eam iussit
collocari. Memento sancte pater! Id quod Saluiano, urbis praefecto
mandauit in epistola 16. libr. 9. eiusdem Cassiodori. Miror BARONI-
VM adeo sibi oculatus hic uideri ad an. 533. n. 36. p. 278. ut inde
argumentum formet, laicum regem agnouisse, se non habere, quod
praecipiat clericis, cum laicos tantum prohibeat, ne erogationibus cleri-
cos grauarent. Sed quid opus fuerat, candem craniem apponere cieri-
cis. His autem mandare potuisse laicos principes ex constitutionibus
Iustiniani patebit, in eadem causa promulgatis.

(o) Locus habetur lib. IV. epistol. 25. p. m. 310. quem eius com-
mentator illustrat Iohannes Sauaro.

(p) Ad annum chr 540. scribit Papyr. MASSONIVS in histor.
Galliae: *Tunc temporis Galliarum episcopi sacros ordines non nisi pretio
& quaestu conferebant, uti ne hodie quidem faciunt.* Eadem quere-
lam de suis an. 855. mouit Bertrandus ARGENTREVS en son histo-
re de Bretaigne liv. II. c. 16. p. 132.

(q) Supra scripsi, annatis nihil fere neque cum ambitu com-
mune esse, neque cum Simonia. Non cum illo, qui imponi solent
annatae omnibus sine ullo discrimine personarum, ut metui non
possit, indignos promoueri neque turbas inter candidatos excitari:
multo minus cum hac congruant, cum redditus aestimentur, non ra-
tio munieris, non eius, si quam haber, diuinitas. Ut raseam quod
neque ordinatoribus, neque ordinationis causa soluantur. Potiori
forsan iure dicere: minuere annatas simoniā. Quo enim e mu-
nere spirituali maior quaestus est: eo maius erit crimen simoniā.
Pit ergo sacerdotes gratias porius annatarum patronis habeant, qui haec
onera, has fordes aliquantis per leuant.

Memora-
bilis locus
Cassiodori
an. 533.

Sidonii.

Massonii.

Argentrei.

An hi re-
dargue-
rint, quod
idem cum
simatis?

quicquid contra sentiant magni nominis autores (r).

§. VIII. Ego enim alio neque adhuc trito
(s) itinere mihi eundum esse, censeo in huius o-
riginis indagatione. Scilicet idonea rerum mo-
numenta habeo, quae docent, ad dominos
quondam territoriorum mortui praefulis cum
hereditatem uenisse (t); tum sacri patrimonii,
quam

NOVA do-
ctrina de
ORIGINE
aunata-
rum.

(r) In horum numero sunt Dionysius GOTHOFREDVS in *not.* Doctores, ad. Nouell. 123. cap. 16. ait: non puto in iurecivili manifestus ostendi qui e uere- originem annatarum. Marcus Ant. de DOMINIS lib. X. de Republ. eccl. c. 2. §. 66. Petrus de MARCA de concordia sacerdotii & imperii lib. VI. c. 10. n. 2. 3. Iob. STRAVCHIVS in *dissert.* tur. publ. V. §. 16. natas. p. 133. Ego religioni duco, alteram illam, quae praefide eodem Strauchio de annatis lenae prodiit 1673. in haue classem referre. Illa enim a genio & eruditione huius uiri multum abest atque tironem scriptorem habet Iohannem Papen, qui argumentum hoc respondit. Iohannes LAVNOIS in libro de Simonia obseru. XV. p. 332. Baro de Luncker ad cap. Ioseph. art. 18. p. 52.

(s) Neque enim alio fine argumentum tracto, quam ut vetera Fastidia ex adseram illis, qui ante me integra de eo volumina conscripsere, quo argumento rum nomina enumeravi superius §. 5. lit. 6. p. 9. Putentia iarrugata vulgaris. ganter hoc dictum esse? falluntur. Moneo haec, non mei causa, sed lectoris ergo, ne tituli petustate scheda haec stomachum ei moueat pariatque indignationem. Praesets dico, uirum me uel nihil uel superiorum tantum auctoritate scripsisse, quod fuerit proditum ab aliis. Tempore mili hodiecum ab hac cacoethe, quod uita, quam longa haec sit, non sufficere videatur, illa promulgare, quae alii in sola iuri arte publici maxime, feudali & canonici nondum existimo nota ta fuisse.

(r) Postquam loca in dubiae fidei monumentorum perlegi animo. Abbatis que digessi, summatum ita sentio de hoc iure. Principio rerum sa- aut episco- E 3 cero. pi heres

olim prin-
ceps terr-
torii.

exemplio
CAESA-
RIS.

REGVM
ANGLI-
AE.

cerdotes non definita salario habuere, neque adsignatos certo redditus; verum e bonis ecclesiae tantum desumperunt, quantum satis erat ad uictum & cultum. Qui magis pii erant, illi proprium etiam patrimonium si aliquod haberant, scilicet peculia, ut loqui sic licet, siue aduentitia essent, siue etiam profecturia, intuitu scilicet ecclesiae acquisita, eidem contulerunt, ne proprietate rei a curis diuinis distraherentur. Alii, qui hoc non fecerant, discrimen tamen & ipsi omnes agnouere inter bona ex redditibus ecclesiae comparata, & illa, quae pereaperant ex proprio patrimonio vel peculio. Ex illis si quid praeter necessitatem uel uiui expenderunt, id sacrilegii & spoli instar fuit; uel ultima voluntate, quod ipso iure nullum: in his autem iure fieri poterat utrumque. Inde cautores inventaria hoc sine scriperunt, quibus ea infererent, quae proprii patrimonii fuerant propereaque pro arbitratu cuiusque legari poterant aut testamento relinqu. Memorabilis est illa episcopi Viennensis epigrapha, *emitus est hic liber non ea pecunia, quae ex proutentibus & censibus episcopatus prouenit, sed ea, quam honestissimis laboribus altiunde accepimus. Proinde liberum est nobis donare (absque spoliis aut sacrilegii crimen) & legare (sine nullitatis metu) cui uoluerimus, quod legitur apud LAMBECIVM lib. II. comment. de Biblioth. Vindob. n. 82. p. 787. & in aliis multis codicibus ab eodem aristite legatis lib. I. n. 38. p. 33. apud cundem.* Bona uero ex reditu feudali ad quem hereditate deuenire mortuo episcopo? Respondeo ad dominum directum feudi ecclasiatici fuisse deuoluta. Perinde enim fuit, siue es IMPERATOR R esset, quo de exemplum apud ARNOLDVM Lubecensem Chron. Stalor. lib. III. c. 17. n. 4. ab imperatore, mortuis episcopis confiscantur ecclesiae, ita ut, ablatis omnibus mobilibus & stipendiis praesentis anni (annatis), episcopus nouus subintrans omnia exinanita & euacuata inueniat, pluri adserunt GELENIVS de uita S. Engelberti lib. I. c. 3. & MEIBOMIVS in dissert. de iure antiquo imperatorum, quam uoluerunt III. exhibet Rer. German. p. 185. siue REX, de Anglia egregium locum inuenio in Guilielmo BRITONE lib. VIII. Philippid. vers. 241. p. 257. edit. Barbanae:

Nam rex Anglorum ius usurparerat illud

Usque modo, ut solus pastores ipse crearet.

CANISIVM lib. 3. tir. 14. p. 231. atqui neutrū annatae faciunt; ergo annatae non inter crimen simoniae. Deinde annatas non muneris causa soluit antistes, episcopos enim, quos papæ creare solet, nullo eis adsignato episcopatu ab annatis seimus esse immunes; imo, quod plus est, non tam antistes eas soluit, quam fundus illius, ut rem tantum, non personam annatae adficere uideantur. Quod inde patet, quia frumentus, sede vacante, antistite existente, annati fuere, die iachrigē einkünff. nexam. ten wurden dem domino annatarum vorbehalten, und aufgegeben, w. nu gleich noch kein Bischoff erneht oder gesetzt war, §. 8. lit. u. p. 40. lit. c. p. 45. Est ergo definitio communissima doctorum: simonia est ambitus, ubi pretio acquiritur res spiritualis aut spirituali annexa, spor-tulae scilicet ex sacri muneri administratione. Neque enim, quod ab inicio dixi, per annatas sacrum munus acquiri potest, quia papæ soluntur, qui tamen beneficia non confert, sed iamiam collata adprobat agnoscitque. Onus autem, quod fundo praefundum, nihil commune habet cum re, spirituali annexa. Clarum ergo est, cui non com-perat definitio, ei neque definitum posse obrudi. Qui dubitauerit in his, ille eadem causa Imperatorem & imperium simoniae roties accusabit, quoties sacra ecclesiae patrimonia censum numerant, in matricula descriptum: quoties Caesari releua uel laudem praestant. §. 8. lit. y. p. 42, quoties pro infestatione taxam soluunt Infr. Pac. art. 5. §. 21. quoties militibus hyberna tenentur erogare. Praeterea qui non confert beneficium, ille non potest committere simoniam. Papa autem

a) quia annatae non sunt ambitus

b) annatae non adficiunt rem spirituali annatae

c) annatae similis sunt den Roemer monathen.

d) papa non confert beneficia.

confertne beneficia, unde exigit annatas? Nec quequam. Hoc enim libertatem euerterer sacri collegii, id est capitulo canonorum, penes quos est noui praefulsi electio & creatio. Quae iura inuolare nequit

eannatae
porius re-
medium
sunt contra
simoniam

pontifex Romanus. Ceterum rectissime hoc in genere arguit *Ioh. ECKIVS cap. 26.* in *enchoridio contra Luther.* interprete *Odorico RAYNALDO ad an. 1399. n. 13.* his uerbis: *si sacerdotes uellent negare pon-*
tifici annatas, possent etiam laici eadem causa propter simoniam sacerdo-
tibus negare salario & decimas. Quaelo! quid hoc? Ita lane est;
annatas uel princeps laicus exigit, quod olim factum §. 8. lit. r. p. 38.
lit u. p. 40. lit. x. p. 41. uel papa sacerdos. Si illud, annatae simoniae
crimen in tantum diminuant, in quantum mercedem attenuant, quam
clericis exigunt accipiuntque pro sacri munera, rei spiritualis admini-
stratione, impio & primitiuae ecclesiae interdicto quaestu §. 3. lit. g.
p. 12. & can 6. c. 1. q. 2. si hoc, peccaret pontifex uel clericorum caula,
ab illis annatas exigendo, quo tamen intruit ab omni eum criminis
absoluimus; uel sui ipsius ergo, quia noui foederis sacerdotia gratuita
esse debeant. Inde doctrinae, non licere clericis ullius rei habere pro-
prietatem, quae disputationes acriter uentilantur a BEGVINIS apud
Bernardum GVIDONIS in uita Iohannis XXII. papae ad an. 1325. p. m.
139. Verum hoc argumento praefules contra papam uti nequeunt,
qui redditus in deliciis habent sacri patrimonii: ne, quod iuris in pa-
pam statuan, ipsi etiam sentire & obseruare, teneantur. Fidenter
ita his uerbis peroro: non qui exigit, sed qui neget annatas esse simonia-
cum. Velim etiam nimium religiosos canonum doctores, qui simo-
niae accusant annatas ad eiusdem argumenti sacras constitutiones re-
*spondeant, quales sunt in cap. 38. tuas duxit & cap. 26. ex insinna-
tione X. de simonia, ubi licitum est, nummis sibi uiam parare ad cano-
*nicatum in cap. 28. et si quaestiones X. eodem quod donare permittit or-
dinatori pro sacra ordinatione: in cap. 42. ad apostolicam X eodem, ubi
pia consuetudo dicitur, soluere aliquid pro re spirituali, exequiis
mortuorum, benedictionibus nubentium c. 2. suscepit regiminis ex-
trauag. de praebendis & dignitat. quod iridem a crimine absolvit, con-
suetudine annalia (annatas) percipere beneficio uacante. Cum quo cap.
10. postulasti & cap. 11. cum nonnullae extrau. com. de praebend. sunt
conferenda. Et quo iure ipse papa olim imperatori soluit annatas?
de quo ALEXANDER Diff. 9. sec. 15. n. 18. p. 611. Quare eapropter
*Otto***

Ipse papa
imperator
soluit an-
natas.

§. III. Deinde causis annatarum remotis,
quae impensa fuerint in bella aduersus pag-
anos (s), ipso quoque iure tolli, dicunt, eas-
dem.

*Annatae:
rum causae
non sunt
bella Tur-
cica.*

Otto primus an. 953. has uidetur remisisse. Legitur enim *can. 23. in*
synodo dist. 63. eligat, consecret, innesciat Otho cum pontificem, tum
praesules alios, quod tamen fiat ABSQVE OMNI PECVNIA.

(s) *WICLEFITARVM* eam doctrinam circa an. 1378. in An-
glia fuisse, ne annatae soluantur pontifici antequam is titulum earum
ex sacris litteris docuerit, refert *Thomas WALSHAMVS in vita*
Richardi II. ad an. 1378. p. 207. 285. Reponit ad haec *Odoricus*
RAYNALDVUS ad an. 1382. n. 30. p. 107. stultissimum hoc postula-
tum esse.

*Tu enim regi tributa non sole, donec ex sacris literis pro-
bauerit, illa te debere.* Quo sane ipso tantum roboris non tribuit de-
cimis decimaru MVMEROR. 18. n. 25. ut illis turas esse crederet
annatas. Quod forte etiam agnouit *Prosper FAGNANVS*, qui in *lib. V. decret. tit.* Ne praelati uices suas ad cap. I. praeter-
ea existimat, papam posse collectare ecclesiæ totius orbis, quemadmo-
dum princeps secularis, etiam *SINE CAVSA*. Verum uti nos §. 2.
lit. p. p. 56. sententiam diximus, veteris testamenti loca hue nihil fa-
cere: ita alterum fundamentum quoque corruit, cum conciliorum
sanctiones sibi reseruauerint collectandi ecclesiæ facultatem. Ut in
Germania collectæ argumentum comitiale sunt: ita quoque non nisi
concentus plurium in conciliis hic audiunt antisites ecclesiæ. Quam
arenam maseule tuerit *ALEXANDER* in *dissert. de annat. n. 12. p.*

603. Melius itaque alii causæ annatarum consultum fore, existima-
runt, si *pactio iure* in illis adserendis niterentur. Quemadmodum iure pad-
vero pacta vel *pura* sunt, vel *conditionata*: ita dubium illis est, ad
quodnam genus annatae queant referri. Qui inter *conditionata* pacta
illas habent, iterum diversi sunt argue diversis uti solent ratiociniis.
Principio dicunt, egestatem curiae Romanae subleuandam fuisse re-
disibus annatarum. In tantis autem diuitiis, quibus illa post aucta
fuit, hac largitione neque opus esse, neque eandem porro deberi. Cui
senten-

*Causæ an-
natarum
num
a) ius diui-
num?*

*b) num ius
collectandi
papac?*

*c) num ex
puro an
conditio-
nato?*

*Conditio-
num cu-
riae Roma-
nae ege-
stas?*

dem. Verum omnem huius argumenti uim illa subuertunt, quae in noua doctrina prodi de

Adhoc du
bium re-
sponderet
1) ad homi-
num.

2) ad ueri-
tatem.

Condicio
annata-
rum, num
bella aduer-
sus paga-
nos?

sententiae firmamentum addunt, quod exarchatum Rauennae, Romanum & Spoletanum ducatus ditionesque huius generis alias nunc possideat papa: ex quo tempore causa debendi omnino expirauerit WOLFFIVS in loc. mem. uol. 2. cent. 13. p. 321. Verum non difficile est ad huius generis dubitationes disoluendum. Primo crescentibus diuitiis papae eius etiam maiestas, apparatus, impensae, sumptus creuere, qua ratione fasces nunc tractat orbis christiani: ut adeo nullo non tempore annatis indigere videatur. Haec reponit ALEXANDER differt. 9. n. 22. p. 617. Ego autem fallissimum esse puro, pontificem ex eo tempore, ex quo annatas accepit, ditionem redditum fuisse; quin potius causas certissimas habeam, ut affirmem, plurimum ex illo aeuo pontificis redditibus auctoritative decessisse. In MARCELLI & STEVCHI matriculis, libris, de iure seculari pontificis Romani editis, Daniae, Sueciae, Angliae, Scotiae, Hiberniae, Hungariae, Silesiae, Germaniae universae ditiones fere tributariae pontifici numerantur: sed puriorum sacerorum assertores calamosque haec nomina constat expunxisse. Deinde superius enumeratae prouinciae uetusstioribus longe seculis pontificis fuere, quam factae eius sunt annatae. Ad extremum, qui §. 8. literas u. z. b. & §. 9. literas c. d. e. expenderit secum, digeseritque, ille in hoc censu non habebit pontificis R. egestatem. Ad aliam igitur causam dilabuntur alii. Scilicet pontifici concessas esse annatas scribunt, ut Turcica imprimis bella soverer pro terra sanctae, quam dicimus, recuperatione. Hoc fine secula nostra excidisse, cum omnem spem animumque exuerimus, aliquid eius rei consequendi. Postremum ut forte nemo negauerit, rerum Christiani orbis non prorsus ignarus: ita de principio causae admodum solliciti sunt doctores, ut illam idoneis rationibus corroborent. Potissimum firmamentum in testimonio Caesari ac principum ponunt, qui claris verbis pontifici scripserunt: annatas ad bella Turca non perpetuo, sed temporario tantum iure concessas fuisse. Ita FERDINANDVS I. locutus est legato pontificis ad an. 1520. cuius sermo,

de origine annatarum alia longe, quam hactenus existimarunt iureconsulti & theologi doctores.

mo, nomine ordinum factus, extat apud WOLFFIVM vol. 2. lett. memorab. centen. 16. p. 199. m. his verbis: *cum ordines non dubitent, beatitudinem pontificis pro comperto habere, principes Germaniae in solutionem annatarum ad aliquot annos sedi apostolicae solvendarum ea lego ac conditione consenserit, ut illa in oppugnationem perditissimi Turcae & defensionem fidei catholicae conuerterentur.* Ex quo autem numerus annorum, intra quos annata illa debeant, nunc longo interuallo transactus sit: neque annata in hunc usum, in quem decreta sunt, conserva, ob id populus Germanicus ab annatis auersatur. Idem, sed in epitome extat etiam apud CONRINGIVM ad bullam Innoc. X. cap. 6. p. 181. Principis autem testimonio standum est CRAVETTA conf. 227. in fin. WESENBECIVS conf. 1227. Nicol. de PASSERIBVS de scriptura priuata lib. 2. Q. 2. n. 12. Idem olim quoque tempore MAXIMILIANI I. an. 1500. in comitiis existimatum fuit in Rec. Imp. Aug. tit. 44. §. 1. den Papst zu bitten, das er die annata der Teutschen Nation, so darzu sonderlich zu geben verordnet sind, zum Turken Krieg geben wolle. In primis autem principis assertiones ualent, si saepius reperitae sunt MASCARDVS de probation. conclus. 1227. n. 1. sq. Cui magno deinde numero suffragantur annales. *Wilhelmus HEDA in vita Davidi episcopi Ultraiectini ad an. 1455. p. 391.* scribit: *Eligitur in episcopum Ultraiectensem Gisbertus. Sed dux Burgundiae misit Romanum, ut alium commendaret.* Et quamvis electio iam uidetur priori Romae admissa & pecunia, quam ANNATAM vocant, tributum a Christianis principibus admisum pro TUTTIONE FIDEI & iam in longe deteriores usus conuersum, solutis: pontifex tamen mutat sententiam, credens sibi magna a Duce Burgundiae polliceri. Similia his narrantur apud HORDTLEDERVM de conf. bell. Germ. vol. 1. c. 1. n. 25. Dafs die annaten zu nichts anders als zu Widerstand des Turken gebraucht werden solten, welches aber nicht geschehen. Idem existimat Job. SLEIDANVS lib. 4. Commentar. ad an. 1523. p. 53. Succinunt his etiam doctores quidam theologi & iure-

CON-

ctores. Unde facile ad intelligendum est, causam debendi, quam dicimus, nulla ex parte annatis sublatam fuisse. (t).

§. IV.

consulti, Nicol. de CLEMANGIS aut quis sub isto nomine alius latet p. 84. Iob. ARNDIVS in lexico sacro uerb. annata. PAVRMEISTER de iurisdict. imp. Rom. lib. II. c. 3. n. 4. OLDENBURGER ad instrum. P. art. 5. §. 5. si quid Part. II. p. 101. STRAVCHIUS disser. exoterie. V. num. 16. p. 133. Iob. PAPE in diff. de annat. cap. 2. scđt. 2. §. 1. LIMNAEVS ad capit. Carol. V. artic. 16. n. 6. p. 230. VITRIARIUS lib. I. iur. publ. tit. 15. n. 24. taceo alios, qui hos duces coeci sequuntur. Causa itaque expirante, ipso iure sublatum esse effectum; ne, quod aiunt, illud TACITI sentiant Germani, ut, quae intoleranda, sed ne cessitate armorum excusata, illa etiam maneat in pace.

(t) Fabulae auarissimi cleri sunt, annatas non pure deberi, sed conditionate. Sufficeret nobis, obiectiones destruxisse aduersae partis, cum auctore non probante absoluatur reus l. 2. ff. de probat. L. 2. fin. C. de probat. sed ante contrarium demonstrabimus, quam respondeamus opposita nobis argumenta. Primo annatae laicis principibus persolutae sunt, nulla impensarum in bella sacra facta mentione §. 8. lit. t. p. 38. lit. u. p. 40. lit. b. p. 2. §. 9. lit. c. p. 45. quin potius de titulo longe alio ibi constet, qui fluit ex dominio directo sacri patrimonii: & horum cessione episcopi annatas accepere §. 8. lit. b. p. 45. post episcopos papa §. 9. lit. c. p. 45. Quo sane ipso cessionarius pontifex in locum & causam repositus esse praefunitur eorum, qui ante illum annatas perceperent MENOCHIUS lib. 3. prae sumt. 6. n. 92. quia res transire dicitur cum sua causa. Deinde in uerbis concilii VIENNENSIS plane contrarium asseritur, quae §. 10. lit. f. p. 47. prodita sunt. Maxima uero iuris auctoritas est, cum quod antiquissimum omnium hoc testimonium sit & proxime omnium accedat ad natales annatarum; in rebus enim antiquis etiam leuiores probationes sufficiunt MASCARDVS de probat. uol. 1. concl. 103. n. 12. BRVNNE-MANNVS in Conf. 131. n. 134. tum etiam, quod illa confessio ad verba

annatae
pure de-
bentur.

non sub
conditione
impensa-
rum belli
saci arg.¹⁾
ex prima
annata.
natura.

2) Domini
uetustissi-
ma confes-
sione conc-
Viennenfis
1305.

uersae partis sit, quae tum eversum iuerat annatas, confessio autem partis ita probat, vt & omnem contrariam prae sumptionem iuris & de iure tollat & probationem non admittat in contrarium *Fatu. PAGIANVS* cum aliis innumeris doctribus lib. I. de probat. cap. II. n. 4.
 p. 54. Quid? quod etiam *BASILEENSE* decretum ne uerbulum de ³⁾ ex de-
 hac causa, scilicet impensis in bella Turcica habeat; sed potius ratio-
 creto, anna-
 nem omnem annatarum quaerat in *oneribus uniuersalis regiminis pa-*
pae; in sustentatione cardinalium; in confirmatione electionum; SES ^{fimo, con-}
SIONE 12. & 21. Ast idem illud hoc egit, vt tollerentur annatae ^{cili Basi-}
 per orbem terrarum uniuersum. Praeterea cum annatarum ubique ^{1314.}
 regnorum eadem iura sint, eadem causa quoque earum uidetur esse ⁴⁾ ex uni-
 praesumenda. Parium enim eadem ratio, idem iudicium est, & pa-
 ria pari iure utuntur, quod filium consecutionis necunt doctores in christiani
 dialecticis iuris *VIGELIVS* lib. 2. n. 1. OTTO lib. I. c. 16. p. 112. ^{concentru.}
 STEPHANI lib. II. loco g. 4. p. 328. Verum, si bella contra Tur-
 cas causae annatarum; non video, quare illas sibi arrogarint principes
 laici, qui de sacra militia non cogitarunt §. 8. lit. t. p. 39. In Graeca
 eccllesia imperatores §. 8. lit. z. p. 43. uel etiam archiepiscopi §. 8. lit. b.
 p. 45. Neque uel coniecturis adsequor, quare pontifici Romano Hi-
 spani, Galli, Lusitan, Sueci, Dani aliquip populi eas soluerint, quo-
 rum omnium aequae non interest, quid fiat cum imperio Turcarum
 &, quod magis est, hoc illi uestigial eo etiam tempore pependerint,
 quo spes omnis pro terrae sacrae recuperatione pridem decollauerat.
 Postremo meis ciuibus in memoriam reuocabo illa, quae audiunt, na- ⁵⁾ e Ger-
 tions Germanicae concordata. Ita autem ista habent: De ecclesiis ca- manicae
 thedralibus omnibus & monasteriis uirorum (alias enim & mulierum, nationis
 concordati). duntaxat uacantibus & uacaturis soluantur de fructibus tis.
 Primi anni a die uacationis summae pecuniarium in libris camerae apo-
 stolicae taxatae, quae communia seruitia vincupantur. Etsi quae excess-
 sue taxatae sint, relaxentur: ad quod petentibus dabimus commissarios,
 ut retaxent. Taxae autem praedictae pro media parte infra sequen-
 tem. Et si infra annum bis uel pluries uacauerint, semel tantum sol-
 uantur. De ceteris etiam dignitatibus, personatibus, officiis & benefi-
 ciis, secularibus & regularibus quibuscumque soluantur annatae seu me-
 dii fructus iuxta taxam. Sed de beneficiis, quae ualorem 24. floreno-
 rum auri de camera non excedant, nihil soluat. Duretque haec ob-
 ser-

seruantia deinceps. Dat an. 1448. Ex editione Georgii BRANDENI, qui in concordata haec commentarium scripsit, Romae promulgatum 1600. in 4t. uerba exscripsimus, quae non differunt ab aliis. Paeta uero haec pura sunt, nulla hic conditio; nihil de bellis sacris; nihil de impensis in res alias. Verbis uero contractus unice standum esse, doctores afferunt MOLINAEVS de consuet. Parif. tit. I. §. 8. n. 77. Palaez a MERES P. IV. de maiorat. Hispan. Q. 20. n. 3. 18. SVRDVS Conf. 366. n. 6. Conf. 450. n. 3. Idque procedit, quamuis in contrarium aliquae adint coniecturae. CRAVETTA Conf. 20. n. 4. KLOCKIVS tom. 3. Conf. 81. n. 13. Ad ea, quae pro impensis in bella aduersus paganos allata sunt, facile reponent annatarum patroni. Caesaris & ordinum testimonis in propria causa parum roboris inesse. *Quia omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iure submouerunt l. 10. C. de testibus neque illius idoneus testis in re sua intellegitur l. 10. ff. de testib.* Unde VICENTINVS in confilio causae Venetae cap. 2. n. 24 p. 82. *Neque papae in propria causa credendum, quum in re propria, naturae etiam iure, nemo debet esse testis.* Confer. ALBANI neniae pontificis de iure reges adpellari cap. 3. n. 3. p. 86. Deinde regula iuris: *cessante causa, tollitus effectus* innumeris patitur exceptiones. Non enim valet, in causa impulsiva: sed tantum in finali: non in causa, quae occasio dicitur; sed quae conditio: non in probabilitate; sed necessaria: non in dubia; sed liquida: non in iure iam quaesito; sed querendo: non in suspensa hac ad tempus; sed prorsus sublata, quas limitationes ex instituto tractauit definitaque Andr. TIRAVELLO, in peculiari opusculo, *cessante causa*, quod reperitur in tom. 4. opp. part. I. p. 38. quae omnia cutas iterum annatas praestarent, nisi ipsam oppositionem inficias iusflemus neque animus esset, tanta prolixitate pontificis agere aduocatum. Et quis tandem ipos ordines de firmamento rationis, annatarum iuri obiectae, non pridem desperauisse, agnoscit, qui sibi in animum reuocat silentium motae litis & derelictionem per duo secula; promptitudinem eorum in numerando annatas exactoribus pontificis, & quod eo tempore, quo tantopere diminuta fuit papae auctoritas, non tantum nihil controversiae fecerint papae, sed potius annatas eidem in WESTPHALICA pace artic. V. §. 19. confirmauerint. *Quidni enim regulam firmet exceptione?*

Respon-
denter du-
bia aduer-
sa partis.
an impe-
ratoris in
propria
causa cre-
dendum?

Limita-
rio regulae
*cessante
causa.*

Litis, ab or-
dinibus
derelictae
causa.

§. IV. Ultimum est, quod nimietatem in-
cusent annatarum (u) atque interdictum adle-
gent

*Num abu-
fus & in-
terdictum
Baj. anna-
tis offici-
ant?*

ptio? Ad extremum oppositis supra doctoribus doctores hic alios
obicerem, nisi ab hoc labore me liberaret *Natalis ALEXANDER*,
qui *dissert. 9. sec. 15. art. 6.* hanc scenam plene instruxit: quamuislu-
bricis & futilebus rationibus eorum, supra cursim remotis nolim sub-
scribere.

(u) Conqueruntur de immodiis summis annatarum passim au- Annata-
stores. Nationis Germanicae grauamina, Caesare MAXIMILIA- rum nimie-
NO I. exhibet FREHERVS tom. 2. rer. Germ. p. 373. his uerbis: *tas 1505.*
quod annatae absque dilatione (non exspectato lapſu unius anni) &
fine misericordia (de ecclesiis paupertate laborantibus) etiam episcopis
intra paucos annos mortuis (cum non nisi seniores adspirent ad hanc
dignitatem) exigantur (inde concordata cauent, ne bis intra annum
debeat). Interdum plus, quam debatur, extorquetur (violatis le-
gibus taxae, auctis forte rerum pretiis) propter noua officia & nonos
familiares. Exemplum de Moguntina & Argentinensi ecclesiis. Clari-
us deinde in remedii contra grauamina p. 374. Si sacrae Caef. ma-
iest. consilium uisum fuerit, proponatur pontifici, quod graue sit Ger-
manis, tantas ferre annatas. Quod duplicitae nunc sint. Nam sedes
Moguntina olim 10000 flor. dedit, quod aec cum non soluisset quidam
antiles, successorem duplicitas soluere oportuit. Quae summa perdu-
ravit in posteris non solum: sed breui adiucta est, surrexitque ad
25000. flor. Quod hodie non satis est, ubi 27000. debentur. Sub-
ditis capropter magna tributa imponi, non absque metu perduellionis.
Idem Jacobus WIMPFLINGENIVS ad Max. Caef. & papam Aene-
am p. 380. 381. Utrumque etiam exhibet GOLDASTVS tom. 2.
Constitut. p. 119. & in uernacula in denen Reichsatzungen p. 215.
B. m. LVTHERVIS an den Adel Teutscher Nation von des Christli-
chen Standes Besserung p. 19. ex autotypo Viteberg, 1520. ob ean-
dem causam redargueret uidetur annatas, his uerbis: Zum ersten,
dass ein ieglich Fürst ihren Unterthauen frisch verbeuth, die ANNAD-

gent concilii Basileensis (x). Verum uti ius ipsum abusus non tollit eumque matricula annatarum cauet, ubi summa beneficiis, quae dicunt,

TEN gen Rom zu geben und sie gar abtheue, denn der Papst hat den Paet brochen (concordata intelligit Germanicae nationis) und eine Rauberey daraus gemacht aus den annaten zu Schaden und Schanden gemein Teutscher Nation. Gibt sie seinen Freunden, verkauft sie vor groſi Geld und ſtiftt officia darauf (quare iudicium eft papam hoc reditu ad impensas munieris & aulae non indigere) darum bat er das Recht darzu verlobren und ſtraff verdient. Alia offendes apud Flacium; Wolffium; Strauchium ceteros, quos ſaepē laudaui. Singulare etiam eft, quod P. WVIA in MSC. Chronico episcopatus Caminenſis narrat cap. 5. p. m. 58. Debet episcopus ſecundum taxationem modernam T, ſi fas eft dicere, immoderatam, cum reditus episcopatus non ad XIV. millia florenorum ſe extendant, camerae apostolicae ultra II. millia ſub pena conſueta. Quae summa iterum ab ea ualde diſſert, quam prodiſit matricula Caleſtini.

Interdi-
eum con-
ciliis Basile-
enſis ad-
uersus an-
natas.

(x) Superiorius iam facta eft huius rei mentio cap. I. §. 10. lit. l. p. 51. 52. Uerba ipſa decreti Basileensis haec ſunt. Primum ſeſſione XII. his uerbis conceptum: ſumimum pontificem haec ſancta sy- nodus exhortatur, (non inhibet, mandat) cuius ſpeculum T norma omnis sanctitatis eſſe debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat. Alioquin ſi ſecus faciendo notorit T incorrigibiliter ex hoc eccliam ſcandalizet, futuro (demum) concilio deferratur. Pro oneribus autem (en conditionem interdicti) quae ipſum pro regimine uniuersalis eccliae ſubire oportet proque iuſtentatione S. R. E. cardinalium T aliorum neceſſariorum officialium, hoc ſacrum concilium ante ſui diſſolutionem omnino debite T congruentē prouideat. Quid si contingat, aliquam circa haec prouisionem non facere, tunc illae eccliae T beneficia, quae usque nunc ex noui praelati assumptione certam taxam ſoluerint, detinceps metietatem huiusmodi taxae per annum poſt adeptam pacificam poſſeffio nem

cunt, singulis curate est definita (y): sic per errorem labuntur, qui Basileense decretum ullo tempore existimant annatis obfuisse (z).

CAP.

nem soluere in partibus teneantur, duratura huiusmodi prouisio, nec papae & cardinalium suuertionis aliter prouisum. Per haec eadem sancta synodus non intendit in aliquo praediudicare sanctae Romanae & uniuersali ecclesiae. Alterum in sessione XXI. scriptum prolixius est, argumenti tamen fere eiusdem.

(y) Querelas aduersus nimietatem annatarum obligationem ne- Ab obliga-
quaquam tollere existimo, quo minus censum, qui debent, praefestent ratione anna-
endum. Primo enim delictum personae (papae) non debet in detri- tarum ne-
mentum ecclesiae (muneris papalis) redundare reg. delictum 76. de que nimie-
reg. iur. in 6. Quod omnino fieret, si propter enormissimam ex- tas liberat
ditionem quorundam pontificum iura annatarum subuerterentur. De- us.
inde propter abusum res ipsa non tollenda, medicos potius imitatu-
ri, qui corpus non destruunt ob uitiosos humores SYRINGIVS de pace
relig. conclus. 54. tit. 6. sub fin. p. 1315. & quod ex se non est ma-
lum, sed ex abuso sit tale, propter hunc non est prohibendum ME-
VIVS P. I. decif. 259. n. 23. Praeterea si annatae fructibus annuis
respondere debent, quod §. 8. lit. u. z. c. probauimus: illis ubique
fere terrarum nimium quantum adauit, pristinae etiam summae
addere aliquid fas erit in recentiori matricula earum. Ad extremum
hodie rationes camerae papalis accuratae sunt, ac perpetuae ei sum-
mae, ut iamnunc querelae omnes inter nimium & parum cessare ui-
deantur.

(z) Superius aliquid attigimus huius rei §. 10. lit. l. p. 51. Basileense
Plura enim argumenta sunt, quae certo commonstrant, concilii Basi- decretum
leensis decreta haudquam annatis obesse. Primo enim conditio ^{an obfit annatis?}
auctum suspendit l. 5. si C. de donationib. sub modo uel conditione l. 41.
cum ab eo ff. de contr. emt. neque ponit aliquid in esse l. 8. si quis sub
conditione ff. si quis omissa causa testamenti. Cum itaque claris ver-
bis decretum habeat, nolle adseffores synodi redditibus derogatum

CAP. III.
DEIVSTITIA ANNATARVM SIGILLATIM,
PRINCIPVM SC. EVANGELICORVM.

§. I.

*Lutherus
annatas
principibus
commendat:
ergo ius hoc*

Haereseos accusabis haud dubie doctrinam,
quae principibus euangelicis iura annata-
rum adserit, purioribus utpote sacris inimica
&

pontificis Romani; neque abolitionem annatarum ante faciendam,
quam papae impensis aliunde consultum sit: conditione non securi,
quod Batileae actum est, parum aut nihil curari meretur. Deinde,
cui tamen difficultati nostra non irretimus, paucim de auctoritate concilii Basileensis apud doctores theologos dubitatur, quod inscio & in-
audio papa decreuerit contra naturae ordinem & ecclesiae: imo,
quod maius est, ipsum concilium a papa dissolutum fuerit ac dissipatum. Et quamvis pontificius doctor Dieguo Payna DANDRADA Lu-
sitanus in *defensione Tridentinae fidei lib. 1. p. 66.* sententiam laudet
synodi; *papam per uiscera Christi orandum*, ut proscriptionem con-
tra concilium promulgatam tolleret ratumque id haberet; tamen e-
uentus docet, papas in id, hac minimum parte, necquicquam con-
fessisse, cum annatarum neque interstitium ullum fuerit neque ulla
legum impeditio. Ut taceam, si quae fuerit, eidem contrario ite-
rum usu pridem suisse d.rogatum. Basileensis historicus Christian
WVRSTEISEN lib. VI. c. 1. p. 419. memorabile responsum po-
tificis in hoc arguento his verbis enarrat: *Bischoff Arnold begeret
an. 1451. durch seine Botschaft, die er um Bestaetigung seiner Wahl,
zu Papst Nicolaus abgefertigt, die Loesung der inuestituren, bieuer in
des Baslers Concilium XXI. sess. aberkamni. Papst Nicolaus, welcher
bieuer des Baslers conciliums Handlungen bestetiget, fübre bescheidenlich
ant.*

& profligata (a)? Fateor, illud hominum genitilium
nus me semper extimuisse, quod huiusmodi te-
lis illos impedit, qui indagant ueritatem (b).
Verum, non expectabis, quod scribo, Luthe-
ri hic (c) auctoritate a fulmine theologorum
tutus

*antwortet: Wenn dieses aufzuheben recht waere, (de annatis sermo-
elt) bedoerfft es keiner Erlaubnis (dispensatione pontificis aut remis-
sione eius opus non esse). Wo nicht, so wolt ihm dasselbige (in praeaudi-
cium ecclesiae) frey zu lassen nicht geburen. Also ist diese nuetzliche
conciliums decret wiederum uersallen und die annaten fortgesetzt wor-
den.*

(a) Supra cap. 2. §. 2. lit. p. p. 56. doctores nominati theolo- Argumen-
gi & iureconsulti, qui annatas arguant simoniae; quibus etiam re- ta heresios
spondimus in eadem paragrapho lit. r. p. 58. Principio enim no- aduersus
stratibus aduersum est, omne, quod papae arguit institutum. At annatas.
qui in hoc eis numero fuere annatae, quod cap. 1. §. 9. & 10. com-
monstramus. Deinde simoniae crimen & ipsi in medium protule-
re antistites nostrorum sanctorum, ut haec onera subterfugenter §. 7.
lit. r. p. 38. cap. 2. §. 2. lit. p. p. 56. Post ecclesiarum euangelica-
rum libertati contrarias fore annatas crediderunt, cum iugum exue-
rimus pontificis Romani. Tandem satis esse, putant ad maculam
haereticici, a communibus theologorum decretis facere secessum.

(b) Haeretici enim nomine fernel notatus sis, & actum illio Quae infer-
erit de tuis fortunis. Non rationibus tibi consules, non arte, non re solent
fauore amicorum, nullis facultatibus alii. Virus euomes, quicquid mille peri-
dixeris, scripsieris, dederis, quameunque iniueris rationem. Ab cula.
hac nota custodi me domine!

(c) Verba LVTHERI in libello ad Germanicam nobilitatem & Lutheram
de ecclesiae statu emendando p. m. 21. in ipso autotypo haec sunt: annatarum
Geistlich Gewalt soll geistlich gut regieren, wie das die Vernunft lehret. iura adserit
Geistlich Gut aber ist nicht Geld, noch leiblich ding; sondern Glaub und principibus
gute euangeli-
eis.

tutus sum, qui annatas dignum censum habuit,
quem principibus persoluerent antistites eccl-
siarum

gute Werck. Doch mocht man goenennen, dass sach, die da leben oder
pfremd betreffen, fur Bischoffen, Erzbischoffen primaten gehandelt
wurden. Drum wo es seyn moecht zu scheiden die hedder und Krieg,
das der primat in Germanien (der Erzbischoff von Magdeburg) EIN
GEMEIN CONSISTORIVM hielte mit auditoribus, Canztern, der,
wie zu Rom, signaturas gratiae und iustitiae regiert, zu welchen durch
appellation die Sachen in Teutschenden Landen wurden ordentlich bracht
und trieben. Welch man nicht, wie zu Rom, mit zaeflichen Geschen-
cken und Gaben behalten must: dardurch sie gewohnten, Recht und Un-
recht uerkauffen, wie sie jetzt zu Rom müssen thun. Darum das ihn
der Papst kein Sold giebt; lesset sich mit Geschenck selbst mesten. Denn
es liegt ie zu Rom niemand etwas daran, was recht oder unrecht; son-
dern was Geld oder nit Geld ißt. Sonderlich moecht man das thun von
den ANNATEN. Ich will nur angeregt und Ursache zu gedencken
geben haben, denen die da gern und geneigt seyn, Deutscher Nation zu
helfen, wiederum Christen und frey werden, nach den elenden heydni-
schen und unchristlichen Regiment des Papsts. Momentosus profecto
funt, quae hic scribit Lutherus. Hoc autem ipse uult. Cum Ger-
manos tum populos Europae alios omnes pontifici Romano hac-
enus annatas soluisse, quod ipse supremum iudicem agat ecclesiarum
in orbe Christiano: quod causae earum coram illo orentur, cogno-
scantur, expendantur, atque decidantur. Verum papam non ipsum
hoc peregit, sed hanc curam commississe officialibus administris.
His cum nulla salario numerentur, quod fieri tamen deberet de an-
natis, quas solus deuoret papa, mirum non esse, iustitiam Romae
ab illis prostitui & prostare uenalem. Duas igitur causas habere
principes Germaniae, ut pontifici & annatas negent & consuetudi-
nem tollant, Roman appellandi. Harum unam esse, quod causa
cesset, quare papa fruatur annatis; alteram, quia iudicium deside-
rent Germani, quod, amoris uel odii causis procul habitis, res tra-
et

rum (d). Inter iureconsultos etiam sententiae meae auctoritatem conciliaabunt illustria nomina

Stry-

der suscipiatque ecclesiasticas. Expedire itaque Germaniae, non tollere annatas: sed vel impensis easdem destinare *SUPREMI* cuiusdam *CONSISTORII*, usl, si hoc minus probetur, principibus, qui curam habeant, iudicia alant, patrocinium praesent, uno uerbo, loco papae Romani sint ecclesias euangelicis. Atque idem hoc filum concessionis est, quo in hoc capite utimur pro euangelicis principibus. Argumenta pro supremo consistorio instituendo, quod omnibus commune esset principibus Germaniae euangelicis, expendit D. Praeses in programmate de *emendatione iuris ecclesiastici in ecclesiis euangelicis*. Hand dubie Lutherus in hoc libello Porussiae regis causam agit, quod supremam curam, directorium aut *praesidium* eiusmodi concilii primati Germaniae tribuat, antifiti Icilice Magdeburgo.

(d) Cum antesignanum habeam Lutherum, parum extimesco Confutantiam auctoritatem ceterorum theologorum, imo fidentior mihi animus turbae argumentativa beatorum Martini. Principio neganda est *maioris* confeccio omne institutum papae aduersum esse pietati. Mitius de illo sentiunt, qui de cuncta inveniunt, Gratiani, Gregorii, Clementis, Cherubini, quae multum habent bona frugis. Deinde minor quoque falsa est, annatarum iura ortum suum debere pontifici Romano, quod intelligitur e cap. I. §. 8. & 9. ubi ante annatis gauisi sunt principes laici, quam illae a pontifice illis subriperentur. Tum a simoniae crimen, quo notant theologi quidam annatas, liberat easdem caput. I. §. 5. lit. z. a. b. p. 28. § 7. lit. i. p. 33. cap. II. § 2. lit. p. p. 56. lit. r. p. 58. Et sane dum laicis principibus annatae soluntur, minus longe periculi est a simonia, quam si pontifici. Simoniae enim crimen committitur entio ne uel uenditione rei spiritualis. Sed spiritualia, quae hic uolunt theologi, non cadunt in laicos, quod autem quis non haber, id uendere non potest. Potius quod supra cap. 2. §. 2. lit. r. p. 60. argui,

K

hic

Strykii (e) & Textoris, qui idem mecum censem, quam-

hic quoque repetendum, praefules sacros in eo liberari ab omni suspi-
cione simoniae, si nihil reclamente annatarum exactiōni. Ita enim
docere possunt, spiritualia ipsis curae esse, non quaestum rei corpo-
ralis. Postea libertatem euangelii, qui in lucro ac foenere ponunt,
quod faciunt euangelici antistites, qui euangelicae libertatis causa re-
clamant anitatis: illi euangelicis doctrinis & doctore Luthero indignis-
simi esse uidentur. Ultimum, quod opposuerat theologi, facile nobis
remittent: si aduerterent nostram cohortem ducere ipsum i. luth. rum.

(e) Iura annatarum, euangelicis ordinibus vindicata, primus in
arenam produxit magni nominis & luculentiae doctrinae iureconsultus
Samuel STRYKVS in utilissimo opusculo *de iure papali principium
euangelicorum c. 4. §. 8. p. 65.* Quamvis in omnium manibus id sit,
altera iam uice edidit auctumque: quoniam uero *paragraphus ibi
octaua ex instituto hoc argumentum tractat*, idque rationibus grauiſſi-
mis, pace uiri illustris, integrum locum hic exscribemus. Est vero
talis: Præsentis autem memor status quaero: *An nostri principes anna-
tas exigere possint?* Idque remoto omni excessu, omnique abuso, affir-
mo. Si enim omne Ius Papale, quatenus iustum, competit ipsis, hoc
excludi nequit. Quod autem, si a uero Domino exiguntur, iustitiae
regulis nitantur Annatae, non dubito. Nec est (1) quod dicas, *id ius
minquam concessum esse ipsis.* Sane pontifici per concordata Germaniae
hoc ius, suis tamen limitibus inclusum, quæstum esse nemo du-
bitat. Ergo iure ab hoc devoluto, nostri quoque gaudebunt Principes.
Imo hoc ius Annatarum superioritati territoriali eapropter cohae-
rere dici potest, quia idem quoque iam olim exercuerunt Imperatores,
& quideni sub nomine Iuris Regaliae, testē Dn. Schilt. de lib. Eccl. G.
§. 3. L. 5. c. 6. quod maxime affine est Iuri Annatarum & neutiquam ob-
stat, quod illi semel renunciauerint imperatores *Iuris Regaliae*, af-
fidente codem Schilter. L. 5. cap. 6. §. 4. ob iniuitatem ministrorum,
qui id odiosum fecerunt. Hoc enim *ius Annatarum* postea ab ipsis
Imperatoribus & Imperio iterum solenniter concessum est Papæ lae-
piusque confirmatum, & ab eo nunc ad nostros devolutum Principes.
Nec

Illustris
Strykii do-
ctrina pro-
annatis
principum
euangeli-
corum.

Nec est quod (2) obiciis cum Nic. de Clemangis cit. a Besold. *Thef. Pr. v. Annatae p. 42. cessare rationes quare sint introductae.* Nego, quod apud nos cessent; potius ad sunt grauiores. Tunc unicus aderat Christiani nominis & Imperii iuratus hostis; hodie numerum auctum uidemus. Istud potius cessat grauamen, quod pecunia trahatur extra Imperium. Certe nulla unquam tempora maiores sumptus ad conservandam Rempublicam requisiuerunt, quam hoc ipsum, quo uiuimus. Dicitur in *Edict. Brandenb. d. A. 1691. d. 13. Apr. von den Marine Iur. Prince.* Zumahlen die Zuschiebs Mittel, so weit dieselbe zu der Conservation und Sicherheit eines Etats noethig seyn, nimmer zu schwer, oder zu gros gehalten werden koennen. Idque verissime, praesertim nostra aetate dictum puto, eo que omnino respexit Carolus V, qui semper annatas in Imperii necessitatem postulauit, Link, *de I. circa Relig. Dissid. c. I. §. 7. f.* nec non Sigismundus Poloniae Rex, qui A. 1543. ad Papam misit, petens, ne annatas ad se trahat ex Regno, sed pro huius defensione ibidem relinguat, cum comminatione, quod nihil alias solueretur, v. *Statuta Polon. a I. Hub. a Fuskin. edita tit. annata.* Ex quo apparet, Annatas nunquam in Imperio damnatas fuisse, sed illicitam Annatarum applicationem, citra ullum imperii commodum. Quod (3) de crimine Simoniae obicere solent Duar. *de Benef. L. 6. c. 3. Azor. Inst. Mor. p. 2. l. 7. c. 12.* neque nobis contrariatur, cum nostri Canonic Sacra menta non administrent. Imo isti per annatas nihil dant, cum potius Dominus tantum retineat primos sua rei reditus. Quid igitur aequius, quam Principi, qui in territorio suo Capitula fouer, defendit, tot praedia ad illorum sustentationem concessit, unius anni redditum ex quoouis beneficio relinqueret. Certe si Catholica mansident capitula, Pontifici haec soluere debuissent. Quo iure ergo hoc denegabunt Principibus, papali iure & territoriali simul instructis? Et cur haec commoda Papalia lucro Praelatorum cedere deberent? Dicis per L. Imperii Capitulorum Iura esse confirmata; Concedo, & capropter etiam seruanda ipsis, si modo & ipsis sua praestent onera & omne id, quo non expresse liberati. Annatis autem respectu sui Domini nullibi exempti, potius subiecti, cum omne Ius Papale territorio istius adscriptum. Hoc quidem verum est, quod principes regiones istas, in quibus capitula existunt, non possideant hodie sub qualitate Episcopi, sed Ducali, & quod plerumque ictiusmodi collectis,

quamuis huius maxime argumenta sint paulum
diuersa a meis (f).

§. II.

welche denen Bischoffen als Geistlichen ex speciali causa seyn entrichtet worden, als die Bischoffs Paechte renunciauerint. Eo ipso autem non renunciauerunt iuri Ducali aut territoriali, in ecclesiasticis aequae ac secularibus publica sanctione munito. Hoc potius & cuncta iura superioritatis confirmatae seruauerunt etiam ex abundantia communiter in Recessibus Provincialibus, quod satis testatur Rec. Stargard. Pomer. dt Ann. 1654. von incorporation des Stifts Camin §. Als lassen wir es auch dabey allerdings bewenden &c. Et increrur addi subsequens passus, dass man aber auch die Beede Muentze, sub praetextu qualitatis Ecclesiasticae aufzuheben bitten thut, darin koennen wir der Staende petitio nicht deferiren, theils das die Beede Munze nunmehr keinem respect auf die Geistlichkeit hat, sondern eine weltliche Hebung ist, theils das dergleichen redditus Uns als Weltlicher Obrigkeit nicht allein in Pommern, sondern auch allen unsern Landen ohne Wiederrude entrichtet werden, &c. adde his deducta cap. subseq. §. 3. Nec credo quem tantae esse ingratitudinis Canonicum, qui non libertissime in tesseram quasi grati animi annatas adiceret. Clerici revera tantum sunt administrari horum honorum & usufructuarii Conring. de Pac. Perp. f. 2. Concl. X. potest uero quilibet cum reservatione fructuum primi anni, usumfructum sui praedii dare tertio, & si in secularibus feudis non iniustum, quod uafallus praefet Domino quaedam seruitia, quare in Ecclesiasticis? Notandum sane, quod in Concord. cap. 4. Annatae uenient nomine Communium Seruitoriorum, quibus omnino pro communi turela, propter Beneficium lucratuum, erga Dominum suum se nemo bona fabrahren potest conscientia. Nec sine crimine, remoto feliciter ornari abusu & iniusto exigendi modo, affirmare licitum, haec esse Vespasiana consilia, que approbent uitia tantum Pontificis. Optimos potius Principes, optimo hoc iure uti constat, sicut id testatur de Patriae saec. Principe B. Dom. Strauch. Dissert. de Annat. c. 4. sect. 2. §. 5. Et caueat sibi a crimine sacrilegii, qui haec Iura Principis sine solida ratione in dubium vocat L. 5. C. de Crim. Sacrileg.

Textoris

(f) Ioh. Wolfgang. TEATOR tit. II, itripl. Casarei p. 355. min. 164.

§. II. Deinde non parum momenti adferre potest dogmati nostro, quod Angliae rex, simul atque is sacra pontificis eierauiisset, illico annatas in fiscum retulerit adscripteritque eas regali patrimonio (g). Quid? quod Poloniae

quo-

Reges euangelici utuntur iure annatarum, exemplo Angliae.

164. ad 168. in eo totus est, ut in imperio Germanico facultatem Cae-sententia fari adserat, qua, casuerepublicae id exigente, annatas praeripere que-de annatis. at pontifici Romano inque fiscum suum redigere. Verba summatim haec sunt: *Ex concordatis annatae pontifici debentur ordinaria uia, ita tamen, ut si reipublicae necessitas poscat, suprema dispositio de his penes imperatorem sit, qui ad salutem publicam ac defensionem imperio convertere acque eas possit debeatque ac alias res ecclesiasticas. Si enim pontifici tribuunt ius derogandi concordatis, quidni idem fas erit imperatori? Ita annatae redeunt ad finem bonefissimum, defensionem imperii. Neque necessarium est, rogare pontificem, ut cedat annatis ad tempus, nisi reverentiae causi id facere uult imperator.* Ceterum seruandus ius annatarum, tollendus abusus. Paclla enim publica fulciunt annatas, absit ergo ut quis contra eas disputet. Frustra simonia hic fingitur. Quidni enim ut aliis sacerdotibus, ita & supremo sacerdoti uel lege uel pacto tribui possit certa summa annuariorum reddituum in monasteriis. Factor in paucis lineis plura esse, quae mihi non probantur. Tueantur uero sua pontificii antistites; euangelicis praefulatibus artic. V. §. 18. 19.

48. Instr. Pac. praesidio est aduersus Caesareum doctorem. Ceterum ne dogmata mea cuiquam peregrina esse, videantur, auctoritas uiri in eo mihi gratissima: quod annatis non obstet crimen simoniae; quod annatae debeantur consuetudine, pacto, lege; quod hodieque annatae ab euangelici coetus doctore queant propugnari. Quae omnia in hoc opusculo rationibus confirmare instituimus, iurisconsulto parum aut nihil cognitis.

(g) Antonius BRVODINVS in propnaculo catholicae ueritatis Rex Ant. lib. III. c. 7. p. 297. maleuola calamo, quod in pontificio scriptore, An-gliae gau-glia extorre, non mireris rem hanc enarrat: *Henricus cum omnem det annatis, super-tis.*

quoque respublica simile habuerit institutum; ne pontifici doctores principi euangelico annatas inuidere, uideantur (h).

*Annatas.
iura signilla-
tim vindica-
cantur
principibus
S. R. I. eu-
angelicis.*

§. III. Quo itaque iure cum euangelici reges, tum catholici annatas fisco reipublicae vindicantur: eodem quoque & forte meliori longe in imperio Germanico eas exigent a sacri patrimoniū

nū

supellectilem mille monasteriorum eorumque praedia, fundos & fructus omnes in suam redigisset poiesatatem, cum praeterea decimas & ANNATAS omnium beneficiorum per uniuersam Angliam exigeret, & quae sequuntur. Grauior est huius argumenti testis Henricus SPELMANNVS in archaeologia p. 37. Id certissimum est, inquit, annatas hodie fisco pendit non tantum ex episcopatibus; uerum etiam ex beneficiis quibuslibet ecclesiasticis annui ualoris X. marcarum, uicariisque X. librar. nec minoris sane, quam unius anni fructus integros, iuxta tabulas regias aestimandos. Has autem regii census incremento contulit senatus consultum anno 1526. Henrico octauo imperante. Inde patet, Mariae posteris, quae regina annatas reddiderat papae, fisco regali eas iterum vindicasse. Ludouicus BACATELLVS archiepiscopus Ragusinus in uita Poli cardinalis, familiaris sui p. 69. memoriae hoc prodidit, ut taceamus alios. Discimus inde primo euangelicos antistites religioni duxisse, sibi turpi quaestu arrogare annatas: contra uero probitati congruum ius habuisse, quo regis exactoribus annatae soluerentur.

*Respublica
Poloniae
fisco regni
tribuit an-
natas.*

(h) Ne uel pontificii doctores dogma nostrum haereticum existimat, magni nobis fieri debet exemplum reipublicae Romano catholicae. Polonia enim in solennissimis comitiis non semel; sed iterum iterumque decreuit, annatas fisco reipublicae inferendas esse. Paulus SCZERBICZIVS in promptuario statutorum Poloniae, quem codicem MSCrum posidemus, Part. I. cap. 5. p. m. 24. eius argumenti decreta diversis temporibus adnotauit. Utpote CRACOVIENSE 1543. PETRICOVIENSE 1567. LVBLINENSE 1569. & STEPHANO rege 1576. Summa omnium erat: ANNATAE ne denter amplius Romam,

amplius

nii candidatis principes euangelici (i) Princi-<sup>1) quod
minus pa-</sup>
pio enim, qui onus alterius suscipit, huic & par-<sup>pae suffi-
neantur.</sup>
est,

Romam, sed in defensionem reipublicae conuertantur: regni atque in
thesaurum inferantur sub poena duplicitis annatae. Adaugendus itaque
est locus Casparis KLOCKII lib. 2. de aerario cap. 83. p. 507. n. 54.
qui unius tantum facit mentionem, quod in statutis Poloniae, a regni
senatore Iob. Herburto a FVLSTE:N promulgatis, extat his uerbis:
Poloniae rex Sigismundus an. 1543. de annatis decreuit. Satisfacien-
do postulationibus dnm consiliariorum nostrorum secularium & nuntio-
rum terrestrium, mittemus ad papam, petitum annatas. Neque eas
de regno efferriri permittimus: sed ut remaneant pro defensione reipubli-
cae in regno. Quod si annatis mentium mittere, recusat papa; iam ex
uinc renunciare illi debemus, easdem nos neque daturos esse, neque, ef-
ferri easdem, ulla ratione permissuros. Habuere itaque pontificiae re-
ligionis antisstites ceterique ordines tantum animi pro ueritate, non
papae, sed reipublicae deberi annatas neque deglutiendos esse a glut-
tonibus clericis.

(i) Iura annatarum principibus laicis vel theologi disputant, Exemplis
vel iureconsulti: utrique vel pontifici vel euangelici sunt. His ostenditur,
Lutheri auctoritas respondebit & exemplum Angliae regni, quod pau- neque eu-
lo ante prodidimus: illis vero reipublicae Polonicae decreta, non sub angelico-
dole aut clam, sed in solemnissimis comitiis omnium consensu promul- rum, neque
gata, & iterum iterumque repetita, scrupulos eximent, sacerorum ra- pontificio-
tionibus aduersum esse, laicum gaudere annatas. Quamuis enim in obversari,
publico cuiusque imperii iure frustra sit, exterarum rerum publica- si annatae
rum rationes cum domesticis conferre, cum diuersis diuersi mores a clericis
sint, leges, forme: in ecclesiastico tamen iure consecutio unius ad al- solvantur
terum ualeat, ut quod ibi non haereticum, id neque hic tale sit, quo- principi
niam idem omnibus Deus, Christus, lex, symbolum. Ut adeo hinc
certissimum sit, neque pontificiorum neque euangelicorum sacris ini- laico.
micum esse, clericos annatas exsoluere principibus laicis: neque ca-
nonum auctoritatem obstare, modo Germanico imperio propriae san-
ctiones non obsint, quod mox uidebimus.

est, commoda obuenire, quae oneris causa debentur. Quis uero nescit supremam sacrorum coetuum curam in suis nunc gerere proceres euangelicos (1).

<sup>2) papali
iure gau-
deans.</sup>

§. IV. Deinde, qui euangelicum principem papam in suo territorio habent, illi etiam agnoscunt, huic papalia iura deberi, annatas. Sed prius pragmaticae imperii sanctiones uolunt:

<sup>arg. ab o-
neri ad
commoda.</sup>

(1) Est regula pontifici non solum iuris c. 55. in 6. de R. I. qui sentit onus, sentire debet commoda & contra; sed etiam ciuiliis Romani L. 1. ff. de R. I. ubi additur, secundum naturam esse, (ne possumus aut scripto tantum iure quis uerum id habeat) commoda cuiusque rei (ad eoque uniuersim dicta lex omnes casus includit, in causis quibusque) eum sequi, quem sequentur incommoda. Quemadmodum enim ferendus non est, qui lucrum amplificatur, onus autem ei annexum contemnit l. un. §. 4. C. de caducis tollend. ita etiam incivile est, onus imponere & commoda negare l. 22. ultima §. 3. C. de furtis & seruo corrupt. Eodem ergo die, quo papae iurisdictione euangelici ordinis factos coetus iure exemerunt; eodem etiam annatae cessarunt & eo momento hae in principes iterum sunt deuolutae, quo sacrae spartae curam illi supremam suscepserunt l. 65. actione §. 16. si inuis ex sociis ff. pro socio. Neque opus fuit principibus euangelicis, hanc conditionem, annatas intelligo, ante exprimere, quam illi arbitrium iuris ecclesiastici sibi sumpsissent. Sufficit enim, illos nullo tempore annatis nuntium mississe. Nisi enim contrarium conuentum sit: cum onere omnia commoda ipso iure deuoluta esse, existimantur BRUNNEMANNVS ad libr. 6. decretal. reg. 55. n. 4. p. 124. Propter quae onera autem ecclesiae pontifici uel ligiles factae sint, cum antea census annatarum fisco cessisset, e superioribus intelligitur cap. 1. §. 10. lit. e. f. p. 47. Id sane miror, euangelicos principes e sui patrimonii redditibus consistoria alere, neque adhuc usos fuisse annatis.

<sup>an opus,
peinc eu-
ang. sibi
annatas
in pace re-
lig. reser-
uatis?</sup>

lunt: ergo his obuersatur, qui in dubium uocat posterius (m).

§. V.

(m) De CLIVIAE duce vulgi quondam sermo fuit: *quod in an princeps suo territorio sit PAPA & princeps, nouissimis testibus BECKE papa in suo R O lib. 2. c. 3. n. 8. Ioh. Helu. Sin. SCHVZIO in iur. publ. lib. 2. tit. 8. pos. 6. p. 471. HERTIO de ordine Cistertienſi p. 15.* Causa proverbi in diplomatis annorum 1444. 1445. reperitur, quae summus vir exhibet Godofr. Guil. LEIBNITIUS in mantissa codicis iur. gent. diplom. 34. & 35. p. 168. sq. Exemit ep̄im papa Eugenius IV. ecclesiā quasque, ditioni Cluens. addictas e iure dioecesano & Colonienſis & Monasteriensis antifitum. Verum quod unus princeps priuilegio sigillatum habuit, illud omnes euangelici ordines, ampliori longe iure, publicis imperii ſanctionibus atque legibus debent, quae argumentum trahant religionis. Disputant iuriſ publici doctores, quo iure euangelici ordines pontifices facti fuorum territoriorum? Ego meam ſententiam rationibus firmabo, quae haec eſt. *Iura papaz* Seilicet princeps uel considerantur in ſtatu imperii Carolingio: uel *lia principum anti-* in postcarolingio, quem dicunt, seu Cunradino: uel denique in *quia ora pacibus reli-* Saxonico Ottonum. *Iſto tempore ſacrorum iura penes Caſarem fuere*, quod quiuis largitur: illo ſex Germaniae duces eadem ſibi arrogationis. *gare poterant, cum, stirpe Carolingica extineta, ſumma rerum in ci-* vilibus pariter & ecclesiasticis, qua Carolingici fuerant gauſi, ad illos deueniſſet, unde ego Boiaiae dominos non priuilegio Henrici au- cupis; sed iuri ordinario territoriali debuile exiſtimo iura ſacrorum: *hoc autem, aeuo ſcilicet Ottonum, Caſares per uim singularis territo-* rii dominis iura ſacrorum iterum eripuerunt, partim, quod, filo licet confeſſionis nullo, Otto ad exempla Carolingiorum Caſarum pro- uocauit: partim is principia huius doctrinae, ex Italia redux, in Ger- maniam ſecum attruifſet: partim etiam, quod ordines rei ac momen- ti grauitatem iſta aetate uix attingerent. Inde enim glaucomara, di- ſtinctio[n]es inter iura dioecesana & territorialia pronata ſunt: inde di- crimina facta inter medicatorem, liceat his nominibus uti, ep[iscopalis] fundi,

fundi, & impeditatam munieris episcopaliam: inde tituli archiepiscoporum, primatum & suffraganeorum episcoporum. Verum paulo post haec iura pontifex Romanus inuasit ipsiusque etiam Caesariis ea eripuit, umbra rei eis relata. Sudes in oculis id fuerat cum ordinum, tum Caesari.

Causaeplures, quare principes euangelici papali iure gaudent? Illi ergo in sinu gaudent, pristinum splendorem cum euangeli luce resulisse. Principio enim *iura papalia* debentur principibus ex dispositione legis, scilicet *artic. V. §. 48. Infr. Pac. Osn.* ubi claris uerbis dicitur, quod *jurisdictione ecclesiastica, id est & episcopaliam iura & papalia, coaluerint cum iure territoriali.* Ut argumentum valeat: *cuius territorii quis dominus est, illius etiam papalis est: aut, qui iure territoriali gaudet, ille etiam gaudet iure papali.* Deinde quamvis etiam non aperte iura papalia tribuerent euangelicis principibus sanctiones imperii: fieret tamen id *consecutiu*e, idque ex ratione postliminii. Caesari enim & papae, illi §. 18. 21. huic §. 48. eiusd. *V. articuli Infr. Pac. Osn.* iura sacrorum derogantur, ergo his uidentur reuiniscere, ut, quod olim habuere, recipiant, quod enim ademit occupatio papalis, id suspensa restituit *I. C. de sent. pass. Et restit.* Post absurdum forer, dicere, pacificatores Westphalicos suspendisse tantum jurisdictionem ecclesiasticam, id est, sine rectore & regimine euangelicas ecclesias constituisse. Suspensa enim est, ne obesset euangelicis, si iura eorum reuiniscerent MEVIVS *Decis. 355. part. II. n. 28.* Demum ipso usu docemur, sine ulla uel Caesariis uel imperii interpellatione principes euangelicos, synodos cogere, simbola edere, ecclesiastica iura condere, unde intelligere licet, illos summari rerum in ecclesia tenere & iure papali aequa ac episcopalii hodieque defungi. Quae tandem communis eriam sententia doctrinum, quamvis paucissimi horum rationes, in medium prolatas, assequantur, neque is ego sum, qui publici iuris responso eam auctoritatem, ea commoda tribuum, quae id genus habet in iure priuato. Sunt vero, qui iura papalia principum euangelicorum ostendunt, ut mihi quisque in manus uenit, sequentes. *Matthias COLERVS in memorabili responso, quod inter consilia eius est XXXV. a. num. 124. ad fin. MEVIVS Part. II. decis. 305. n. 17. COTHMANNVS uol. 4. responfor. 33. n. 39. GYLMANNVS uol. 2. Dec. 59. n. 63. REINKING integro libro tertio, qui agit de regimine ecclesiastico p. 1054. CONRINGIUS de pace religionis Et de iure maiestatis circa sacra;*

TA-

§. V. Porro similium eadem est ratio. Qui³⁾ papali
ergo menses papales principi largitur: eundem
quoque largiri oportet annatas. Sed illud fie-
ri clarum est; ergo dandum etiam hoc (n) id-
que causa, urgentiori (o).

§. VI.

TABOR de regimine imperantium ecclesiastico; DORSCHAEVS in
inuestina in uebiculum indicii theologici de Eusebiis; illustris-
simus auctor RHETIVS de iure statutum imperii circa sacra; SYRIN-
GIVS; SCHILTERVS ad pacem religionis; GEHMIVS, WEBE-
RVS, LYNK:VS de iure episcopali, systemata iuris publici & scrip-
tis regalium taceo, quorum nullus hanc partem facile praetermisit.
Quodlibi igitur ex illis, quae haec tenus diximus, satis clarum sit, prin-
cipes euangelicos iure papali gaudere, quin eis annatae debeantur,
dubium non est. Partim quod totum complectatur quamvis partem
l. 113. ff. de reg. iur. § cap. 80. de R. I. in 6. partim, quod qui in lo-
cum idem succedat, succedat in iura loci, successorque iure utatur sui
auctoris cap. 46. de R. I in 6. & qui in alterius uicem succedat natu-
ram eius induat, cui substituitur cap. 3. ecclesia X. ut iure pendente ni-
bil innou. partim etiam, quod pares pari iure utantur, & idem rati-
onis eadem etiam iura prodat bene intuentibus cap. 2. inter corpor.
§ Propter expressam similitudinem X. de translatione episcopi. Qui ita-
que annatas principibus euangelicis disputant, illos uel inficias ire o-
portet leges uniuersim, quae de iuribus agunt successoris in loco al-
terius; uel signillatum sanctiones imperii negare: sed neutrum fieri
potest, ergo principibus euangelicis integra manebunt iura anni-
tarum.

(n) In priori argumento filum consecutionis fuit a genere ad. Cum men-
spiciem, quod papalibus iuribus principi uniuersim datis euangelico, fibus pap-
ea etiam dare oporteat, quae sub illis continentur: contra nunc a libus con-
specie ad genus progredior, quod itidem faciunt iura nostra l. 22. §. bent anna-
senatus ff. de petit. hered. § l. 20. ff. de iudicio cum satis manifestum sit, tac.

cui species competat, eidem etiam genus conuenire. *Menses* uero, in quibus uacua sacri collegii loca conferunt principes nostri, nemo aliunde deduxerit, quam a iure papali, cum ipso nomine eapropter *papales* adpellentur. De Porussiae regis facultate in *mensibus papalibus* res notissima est, adeoque testibus nec quicquam opus. Legitamen potest illuſtriss. RHETZIVS iur. publ. lib. I. tit. 16. §. 8. fin. Distincta hic & interpunkta doctrina illuſtr. COCCEII cap. 22. §. 16. p. 385. hoc ordine tradita: *Euangelici omnia iura cum episcopalia competitunt, tum papalia.* Inde Porussiae regi quadruplex ius conferendi beneficia 1. REGIVM ius primariarum precum in omnibus. 2. PAPALE in omnibus, que imparis numeri MENSE uaeare coepere. 3. episcopale in immediatis. 4. ius patronatus, in quibus id quaeſtum est. Id uult dicere uir summus, Porussiae regem in Germaniaſe prouinciis saecorum intuitu & imperatorem agere & papam & episcopum & dominum territorii. Quod si ergo tantum, qua papae *mensum iura principi euangelico pateant: contra annatae papales eadem ei causa non solum debentur, cum similia eadem iura habeant cap. 2. §. propter similitudinem X. de translatione episcopi:* sed etiam qua *imperatori* iura mensi-ri, episcopo & domino territorii, quos diximus ante papam annataum papali-um praefenda.

Urgentior
causa pro
annatis,
quam men-
sibus papa-
libus.

(o) Naturae decretum est, filium consecutioneſ esse ab eo, in quo minor est ratio, ad id, in quo maior. Quemadmodum etiam leges philosophantur ciuiles I. parentes ff. de in ius uoc. & canonicae cap. 7. cum in cunctis X. de elec̄t. pot. Urgentiorē uero causam annatis esse, quam mensibus papalibus, facile est ad commonistrandum. Primo, dixi, annatas principi e triplici cauſa deberi: menses papales ex una tantum. Deinde annatae reditus, nummos reſpiciunt, menses uero sacri muneris largitionem, quod canonicae iuribus in homine laico prorsus inimicum est, ut uidimus superius cap. 1. §. 5. lit. r. p. 18. & 20. Post menſum papaliū iure, qui inter principes catholicos uſus fit, nullus reperitur; sed plures reperiuntur; qui gauſi fuerunt annatis.

(p) Iur⁹

§. VI. Praeterea qui rem nullo titulo possi-^{4) nullo in-}
det, ille eam possidet, iniuste: sed annatarum ^{re clericis si-}
summas clerici nulla sibi causa sumunt; ergo si-^{bireineant}
bi easdem usurpant iniuste (p).

§. VII. Post annatae uel principi debentur ^{5) principi-}
uel episcopo uel papae. Non huic uel alteri, ^{bus compe-}
quod leges imperii interdicunt (q): itaque pri-^{tant iure}
mo idque iure postliminii (r).

§. IX.

(p) Iura nostra uolunt: quoties pro actore militet praesumtio, Clerici uel
possidenti uero resistat, titulum edere obstrictus sit, ut uideri pos- soluant an-
sunt doctores ad l. 16. siue possidetis C. de probation. atque ad cap. 29. natus nel ti-
cun contingat X. de decimis. Cum itaque clarissimum sit, annata- tulum e-
rum census omnes clericos, siue illi canonici sint siue antistites ordi- dant quare
nisi alius, soluere oportere, idque in orbe uniuerso, quod ex matri- fibi retine-
culis constat supra proditis §. 10. lit. n. p. 53. 54. inter ipsos quo- nis ant easdem.
que principes euangelicos cap. 3. §. 2. lit. g. p. 77. non inciule ha-
bebunt nostri usufructuarii facrorum patrimoniorum, si, quo iure,
causa, titulo ipsi retineant sibi annatas, docere compellantur. E-
quidem non putauerim, principem, qui cum subditis agat, ad so-
lemnia ciuilium tricarum libellos suos adstricturum esse; dignissimum
tamen est principis maiestate, legibus eum uiuere, & magnam parit
causae aequitatisque praesumtionem.

(q) Annatas debere clericos easque omni tempore debuisse o- Arg. ad an-
lim domino territorii cap. 1. §. 8. lit. t. u. x. y. z. post episcopis §. 9. natas ex e-
lit. b. p. 45. demum papae Romano §. 10. lit. e. p. 47. dictum est do- numeratio-
ctumque. Eousque ergo hac illi obligatione tenentur, donec ostendatur.
derint euicerintque liberationis sua causas, tempus, modum, iura- ne eorum,
Quamuis uero nulla alias consecutio sit; res non est tua, ergo mea, quibus de-
quod esse possit aliis: tamen cum illi, quibus ullo iuris colore tri- bentur.
bui queant annatae, tres tantum sint, nisi uni ac alteri debeantur,

certissimum, eas tertio, qui supereft, esse perfoluendas. Verum cum Caesarem, tum Papam & episcopos annatis interdixit artic. V. §. 19. Inſtr. Pac. ergo reliquum eſe uidetur, ut illae domino territorii exſoluantur, qui unice reſtat. A partium enim ſuffiſcente enumeratione iura quoque concludere maniſtum eſt ex topicis legalibus plurium doctorum.

Nam poſtliminii iuris annatarum debeaturs principibus euangelicis.

(r) Poſtliminii uoce hic utimur pro iure, quo rem nobis per alios ereptam iterum recipimus, quem fensum etiam habet l. 19. pr. ff. de captiu. & poſtli. Tria ergo hic probanda ſunt, primo euangelicos principes iura annatarum olim habuisse: deinde ipſis per alios eas ereptas eſe: demum priftina eos iura reſepſile. Alterum cap. I. §. 8. lit. r. p. 39. lit. u. p. 40. lit. b. p. 44. ultimum cap. 2. §. 3. & 6. propugnauimus. Primum uidetur reſtare. Evidem etiam huic membro uniuersim puto eſe ſatisfactum in capite l. §. 8. lit. t. p. 39. fin. Verum id ſigillarim nunc comamonstrandum de principiis imperii Germanici. Sed haec doctrina, ut a doctribus vulgo explicatur, confuſa eſt & valde ambigua. Ego ſummatim rem ita foleo docere: alia quæſtio eſt, utrum iura ſacerorum habuerint principes territorii: alia, utrum iura illi habuerint annatarum. Illa munus respicit ſacerorum antiſtitutum: haec autem fundum, bona, reditus. Inde alia territorii iura ſunt epifcoporum; alia iterum diocesana: neque a limitibus dioceſeos ad territorii fines ullum eſt ſolum conſecutionis. De iure ecclaiſtico ita ſento. Quondam id penes reges Carolingos fuit: poſt hos principibus id obuenit peculiariſ ſtudiorum. Hoe probo. Quoniam ſynodos prouinciales in patria habemus, quarum hodieque decretaxant, & plura latent, quorum ſpecimen data occaſione edemus. Has autem ſynodos epifcopi prouinciales, auſtoritate inſtituere domini territorii non Caſtaris, qui concilia tantum rexerit; neque papae, qui iſto tempore nihil eius rei ſibi arrogauit. Deinde exempla Pomeraniae principum: Brandenburgie marchionis: Thuringiae Landgrauii: Boariae ducis: Austriae archiducum aliorumque qui iura ſacerorum exercere uſque ad ſpolium Hildebrandinum, clarissima ſunt numerumque habent, qui regulam dat, ut opus non fit fingere hic priuilegia, quae tamē ſententia communis eſt doctorum. Illo igitur tempore conſecutio argumenti firmitatia fuit cuius regio, illius religio. Sed quid haec ad anna;

§. IX. Ceterum nullius plane momenti sunt, quae opponi solent iuri annatarum inter euangelicos. Nam argumenta, a cessante causa (s); a sorditie simoniae (t); ab interdicto Basileensi atque aliunde petita, confutauimus in capite praecedente (u).

*Argumen-
ta aduersa
responde-
tur
1) cessante
causa.
2) interdi-
ctum Basi-
leense.*

§. IX.

annatas? Prodest omnino haec doctrina in topicis legalibus ad argumenta a maiori ad minus. Sit autem, sacrorum iura non habuisse principes; illud tamen clarissimum est, patrimonia sacra, fundos, agros, praedia episcoporum, territorii, ubi siti fuerant, domino eosusque paruisse, donec inde fuerint exempti. In legem tum iuerat ut, quod in territorio esset, idem quoque esset de territorio, donec exemptione doceretur, quae facti est neque praesumitur. Atqui haec causa annatas principibus laicis potissimum exsolutas esse, scripsimus cap. I. §. 8. & 9. superius. Quare non coniector; sed partim diuino, partim re ipsa scio, Brandenburgicos; Pomeraniae; Boioriae; Austriae; Thuringiaeque duces ab episcopis, intra prouinciae ac territorii sui fines constitutis, cum annatas exegisse; tum alia iura electionis, confirmationis, inuestiturarum, precum primariarum ceteraque, quas uniuersim in imperio Germanico temporum teste historia, haberuerat imperator. Quod tamen, nimis prolixum foret, hic demonstrauisse. Summatim ac tyibus verbis arguo: qui principes territorii iura in episcopatus recuperarunt, illi cum alia, tum annatas sibi adserere possunt iure postliminii.

(s) Scrupolum hunc animis contra docentium exemplum cap. 2. §. 3. lit. t. p. 65.

(t) Prolixe atque plene dubium hoc soluimus idque locis diversis cap. I. §. 6. lit. z. p. 24. 25. lit. c. p. 29. §. 7. lit. i. p. 33. lit. q. p. 37. capite 2. §. 2. lit. q. r. a p. 57. ad p. 60.

(u) Respondimus huic oppositioni ex ipsis tabulis concilii Basiliensis cap. I. §. 10. p. 51. lit. l. atque ex instituto cap. 2. §. 4 p. 67.

3) interdi-
cium West-
phalicum,
4) protesta-
rio contra
annatas.

§.IX. Id uero etiam urgent, tabulas Westphalicae pacis derogauisse annatis inter euangelicos (x): & concordatis nullo non tempore illos contradixisse (y), quibus etiam obuiam eant

67. lit. x. & lit. z. p. 69. ut religio sit, rei satis expeditae aliquid superaddere.

Art. V. §.
19. an obicit
annatis eu-
angelico-
rum.

(x) Uerba Articuli V. §. 19. Instr. Pac. haec sunt: si quid annatarum, iurium pallii, confirmationum, mensum papalium & huiusmodi iurium & reservationum nomine in bonis statuum Aug. confessio- nis ecclesiasticis immediatis a quoque, quandoque & quomodo cunque praetendatur, id ualiditate & executione, a brachio seculari impertienda, caret. Finem haec uerba annatis dedille, sibi persuadent morosi debitores earum. Primo, quod, ubi lex clara, ibi interprete opus non sit. Tum ubi lex non distinguit, ibi neque isti sit distinguere arg. l. 8. de pretio ff. de publiciana actione. Deinde hac cautione in primis opus sit in tabulis Westphaliciis, quod articulus V. §. 50. uelit interpretationem non priuati doctoris esse, sed ad comititia imperii pertinere principes legislatores l. 9. leges C. de LL. Tandem doctrinali interpretationi locus non sit, ubi constet de usu l. 37. ff. de LL. & quae sunt generis eiusdem.

An euangeli-
cicis pp.
oppositio
fraudi sit
aduersus
concordata.

(y) In consuetudinem iuit, articulo I. capitulationis, quo natus imperator pontifici & ecclesiae Romanae tutelam iurat rataque habet concordata eius cum natione Germanica, principes euangelicos contradicere, ut neutrum fraudi sit iuribus liberatique puriorum sacrorum. Accipit id Caesar probatque formula solenni, das folches denen Evangelischen zu keinem praeiudiz gereichen, angezogen und gebrauchter werden solle, wie wir denn solches uerisprechen und uns darzu verbinden. Quod idem reperitur in capitul. Leopoldinae §. 19. & Isopinae §. 18. Hoc putant sublatum ire annatas; quod haec concordatorum iure, quae improbent euangelici, tantum debeat exsolvanturque. Frustra autem prouocare ad legem, qui legem improbat. Et quod iuris nostrates in papam statuant, eodem quoque ipsos teneri.

eant hodieque duces nostrorum sacrorum, qui Caesarem legunt, in capitulatione. Verum enim uero utrumque telum non annatas impedit, sed pontificem, e nostris ecclesiis extortem (z): non tollit easdem; sed contra iniuum assertorem defendit tueturque.

§. X.

(z) Principio ostendendum est, tabulas Westphalicas haudquam officere annatarum iuri principum euangelicorum. Primo est quod pro commode tantum alicuius factum est, id trahi nequit ad eius incommoda; quod cuiusque fauori datum, id in odium eius verti non debet *l. 6. C. de LL. l. 25. ff. eod. cap. 61. quod ob gratiam* Pax Westphalica non officit annatis euangelicorum. in 6. de R. I. Est uero manifestissimum, euangelicos principes omnia studia eo contulisse, ut pontifex Romanus imperii nomine auctoritateque interdiceretur, annatarum summas exigere ab euangelicis, partim quod commodum non mereretur, ut onus deieceret, partim, quod graue uideretur dominis territori, a peregrino homine eripi, quod ipsis deberetur. Prospexit iraque iuribus suis principes intelligimus, tantum abest, ut illis nuntium miserint. Deinde quod lex non dicit, illud neque fas est dicere istum, qui nihil sine iuris auctoritate deber assuerare *cap. 18. is qui X. defententia excommunicat*, in 6. inde brocardum barbari doctoris, quod lege non caueretur, in practica non habetur Baldus in *cap. nihil 44. n. 25. X. de elect. & electi potest.* Nihil autem in uerbis tabularum aduersus principum annatas; nihil de remissione earum ab euangelicis. Post omnium clarissime rem etenac explicatio, quae commentariis respondet pacificatorum. Haec autem ira se habet. Dicitur in lege allegata: annatas non soluendas a *QVOCVNQUE: QVANDOCVNQUE: QVOMODOCVNQUE* prae tendantur, quod exponendum est ligillatum. Scilicet statim a pace religiosa, quam dicimus, anno scilicet 1555. pontifex Romanus, sepulta paulisper disputatione sacerorum, ab antistitibus nostris petuit annatas per exactores suos, quod haec

haec onera rem magis, id est patrimonium ecclesiae, quam sacrorum aut diuini muneris rationes tangere, uiderentur. Ab hoc postulato ut liberentur euangelici coetus, dicta lege cautum est. Quid vero sibi, dices, uerbum a QVOCVNQUE? Reponit auctor meditationum ad Pac. Westphal art. V. §. 19. p. 247. Itaque quando hic dicitur, a quo-cunque, id propterea factum uidetur, ut parcatu*s* honoris ponificis, quem nominatum in scenam producere, uere*candidia* fuit. Imo euangelicorum libellus, quem in meis manibus habeo, his etiam uerbis primum conceptus fuerat: ne quid annatarum nomine exigere ab euangelicis licet pontifici. Quod nomen post expunxere catholici ordines, repueruntque eius loco a quo-cunque. Alterum uocabulum, QVO MODOCVNQUE facilioris explicationis est; pontifex annatas rogauit ab euangelicis, quorun tamen antistites in sacro munere *confirmare* non potuerat. Singulare enim exemplum est Henrici Iulii, ducis Brunswicensis, quem papa Halberstadiensem confirmauit antistitem, quamuis facris illum sciret additum euangelicis, fide CONRINGII de constit. episc. Germ. §. 86, ceterum sub finem. Negauit autem papa annatas confirmationis ergo curiae sua*e*debi*r*, quas disputationes uidimus cap. 2. §. 2. lit. q. p. 56. lit. r. p. 59. lit. s. p. 61. lit. t. p. 64 quin census huius aliae causae eaequas quam plurimam sint. Ne ergo ullo modo efflagitare posse uideretur, uoce cautum est QVOMODOCVNQUE. Omnia clarissime intelligitur, cur tertio additum fuerit, QVANDOCVNQUE. Ne scilicet philosopharentur pontifici*l*, legem non de praeterito latam esse, restare igitur annatarum summas, quas ante pacificationem uel annum 1624. tempus illud peremptorium, debuerint camere Romanae euangelici die *bereits verfallene annaten*. Haec explicatio doctrinalis est. Quapropter eam non targunt, que cap. 3. §. 9. lit. y. p. 89. scripsimus in iusto audaciores interpretes pacificatorii instrumenti. Non itaque praeter rationem ille imperii Germanici princeps fecit, quod lob. PAPE Luneburgensis cap. V. de annatis sectione 2. § 5. his uerbis enarrat: quamquam adhuc hodie in nonnullis protestantium locis annatae us*u*s sint receptae, in quas tamen nihil eius ibi Romana curia arrogare ualeat; sed dispositioni cuiuslibet magistratus relinquntur liberae, ita tamen, ut nullum, nisi piu*m*, habeant tuunculae huins auctor est) obseruatum maxime memini. Etenim, si quando

Exemplum principis euang. in Germania, qui uitar iure annatarum.

quando praesentatus de beneficio aliquo ecclesiastico debet inuestiri, ipsi
 ab administratore praepositurae, his conditionibus inuestitura confertur,
 ut primi anni reditus ad pios uisus, & uti uocant, ad cistam remittantur
 & sequenti decim anno usque ad tempus habilitatis huius beneficii redi-
 tibus frui, potis sit. Ut adeo doctrinali interpretationi, usualis quo-
 que accedere, videatur. Minoris longe momenti alterum est, quod con- Contradi-
 tra annatas adferunt euangelicorum. Qui impugnet fundamentum an- ctio concor-
 natarum, illum, aiunt, frustra annatas exigere: atqui fundamentum datorum
 annatarum esse concordata: his itaque sublati, annatas non subsistere. non officit
 Uerum enim uero maior propositio, quae dicitur, uel limitanda est, ppum cir-
 uel neganda. Uera enim est, si de principio loquaris primo, uno, ca annatae.
 rei ipsius: falsa in principiis sociis, secundariis, modi tantum & qua-
 litatis. Concordata in ultimo hoc genere sunt, non in primo. Quod
 facile ad probandum. Annatas enim ante soluit Germania, quam ini-
 rentur concordata, quod supra ostendum cap. I. §. 7. 8. 10. lit. m. p.
 m. p. 52. sed fieri non potest, ut prius principium sit principiato.
 Deinde annatae alias longe causas habent, quam concordata, quod in-
 telligitur ex capite 2. §. 2. lit. q. r. s. p. 61. Tum ad concordata non
 exactio annatarum alligata est, sed tantum modus, tempus, summae:
 ut non rem, sed rei modum adficere videantur. Uerba eorum prodidi-
 mus cap. 2. §. 3. lit. t. p. 65 qui locus hic praecepit est consulendum. Post
 concordata annatas pontificis definiti §. 3. lit. t. p. 65 non principum
 laicorum, de quibus scriptum est c. I. §. 8. *integro*. Illis itaque im-
 pugnat, haec non corruunt, cum ultimum genus annatarum a primo
 valde si diuersum. Tandem cum *protestatio*, licet sit loqui, aduer-
 sus concordata in fauorem principum euangelicorum facta sit accepta-
 que ab imperatoribus: illud repetendum est, quod in odium eorum
 trahendum non sit, l. 6. C. de LL. Summatim concordatis contradic-
 tere principes evangelici hodieque contradicunt annatarum ergo;
 non tamen uniuersim; uerum sigillatim exactiōnum causa pontificis
 Romani; neis, quod principum est, subriperet; ne pecuniam ex
 patria deportaret peregrinus; ne quem armarent contra se hostem sa-
 crorum: unico uerbo, non ut extinguerent tollerentque annatas,
 uerum ut, alterius iniuria propulsata, hasce integras conserua-
 rent.

*s) praescri-
ptio,* §. X. Neque robur habet, quod in suspe-
ctum satis iure canonico asylum se recipiant praescriptionis. Nam huic & mala fides officit & ra-
tio census, qui quavis occasione denuo debetur
& natura etiam rei, quae meriarbitrii (a).

§. XI.

*Nunt prae-
scriptionis
locus ad-
uersus an-
natas euau-
gelico-
rum?
quod nega-
tur.
1) ratio.* (a) Plura sunt, quae liberare possunt principes euangelicos a
praescriptione annatarum. Nam papalia haec iura sunt, arqui contra
papam praescribitur tantum spatio centum annorum cap. 13. ad audent.
X. de praescriptionib. quod tam legali, quam canonica definiitione fla-
tutum cap. 14. a nobis X. evd. ut pater tam ex Nou. 9. in medio; quam
ex I. 23. C. de SS. ecclesiis. Quamvis uero ibidem authenticas fons ipse,
Nouella scilicet 131. c. 6. non respondeat, Strauchi tamen clarissima
est explicatio, hanc de ceteris tantum ecclesiis iisque orientalibus scri-
piam esse, nec quicquam in praetudicium ecclesiae Romanae. Sed his
ambagibus principibus euangelicis non est opus in hoc argumento:
cum clariora adsint remedia aduersus praesidium iniquitatis. Nam
I. 7. cum notissimi §. 6. in bis etiam C. de praescriptione 30. uel 40. ana-
omne dubium tollit, cum praescriptionem his uerbis uelit temperatam:
in cuiuscunque generis obligationibus, quae dationem per aliquod sin-
gulare tempus continent; tempora memoraterum praescriptionum, non
ab exordio talis obligationis; sed ab initio cuiusque singularis temporis
computari, manifestum est. Ide uult, ubi dantur plurim temporum
dationes: ibi praescriptio non ab exordio obligationis (a tempore pacis
Westphalicae), qua iura papalia principibus euangelicis omnium claris-
sime dara sunt, incipit: sed ab initio cuiusque singularis temporis
(quoties scilicet nouae spartae auctoritas datur, qui denuo tenetur de an-
natis) computatur. Calculo itaque imperatoris illae tantum annatae
praescribuntur, quae natae sunt, quae deberi coepere, ubi dies uenit:
non autem furuae, quae semper deno exigi possunt. Exemplu-
rem declaro. Mortuus est Tiuis antistes an. 1649; anno post Causa ei

- 91 (a)

a M

si succedit, a quo non repetuntur annatae spatio triginta aut quadraginta annorum: praescriptionis exceptione & ipse tutus erit & heredes. Quid uero spartae candidatus anno 1691. institutus? Debet hic annatas, si exigantur. Ex ratione legis: quia praescriptio in hoc genere non a primaeua obligatione incipit; sed ab initio cuiusque temporis singularis, quo ipso obligatio semper recurreret renasciturque, ut tot praescriptiones sint, quot casus ueniant, ubi exigi possunt annatae. Neque sufficithic legem allegauisse, nam de praxi etiam testes sunt fere innumerari. *Andreas KNICHENIVS part. 2. de uelutinar. paction.*
c. 3. n. 71 73. SVRDVS decif. 24. n. 12. VASQVIVS lib. I. controuers.
c. 4. n. 16. WVRMSEVS lib. I. tit. 45. obs. 5. THESAVRVS in de-
cif. Pedemont. 114. n. 1. FACHINAEVS l. 8. controuers. 99. usum &

mores camerae imperii Germanici pro hac sententia decretis firmant
MYNSINGERVS centuria 3. obs. 13 p. 70. GAILIVS lib. II. practic.
obseru. 73. n. 1. p. 310. Bernardus GRAEVAEVS lib. 2. praticar.
conclus. 73. p. 219. Thom. MERKE. BACH apud Klockium vol. 4.
confil. I. n. 283. Inter alios Germaniae iureconsultos huic iuri patro-
cinatur BORCHOLTVS de usur. c. 4. n. 36. HARPRECHT. de
praescript. immunitat. a collect. c. 2. th. 7. Matthias COLERVS qui
plenus & curatus est ad e. auditir de praescript. n. 12. p. 1011. seq.
MANZIVS decif. palat. q. 29. BRVNNEMANNVS ad l. 7. §. 6. C.
de praescript. 3. uel 40. annor. p. 644. Confil. ARGENTORATEN-
SIVM vol. 2. conf. 45. ex instituto HERTIVS de praescriptione iurium
per temporum interuallar. renascentium, ut nihil opus sit, hanc scenam
plurimum numero instruere. Sufficeret hoc remedium contra praescri-
ptionem, cum ab ipso imperatore, tum forensi obseruantia imperii
Germanici, auctoritateque doctorum satis confirmatum: quoniam
vero aliud praeterea suggerunt interpres, horum iudicio illud in me-
dium quoque proferimus. Res merae facultatis praescribi non posse,
Francisc. BALBVIS docet in peculiari libello de praescriptione. Par-
tim, quod ille, qui ius exigere possit neque negligentiam habeat, ne-
que animum derelinquendi; cum existimet, quod haec vice; uel huic
personas ex confilii rationibus remittat, illud alia eum vice, ab alia
eum persona, si condicat, petere posse: partim etiam, quod ille,
qui ius negare uult alteri, illud nulla ratione possidat uel etiam ani-
mum habeat id praescribendi, cum humanitati potius dandum esse

*6) onerum
nimia mul-
tiplicatio.* §. XI Et sane mireris praesulum inter euangelicos morositatem aduersus annatas. Proh! enim si in numerato habuerint tristia uerba pallii; *synodatici*; *cathredratici*; *intronistici*; *charitatiuae*; *prouisionis*; *adiutoriae*; *expectatiuae*; *albergariae* & innumera fere alia

videatur, temporis, hominis, rerum caula, iure suo aliquem usum non fuisse. Ex hoc principio peculiares deinde casus respondent doctores, annatis ualde similes: sic quando subditi teneantur ad collectas uel *aliam exactionem*, non ante currit praescriptio contra principem, quam a tempore contradictionis & recusationis subditorum RIMINALDVS consil. 589. n. 51. KNICHENIVS *de sublim. territor. iure* c. 3. n. 137. p. 93. Idem de seruitiis rusticorum & quae his uicini, iudicium, quae non praescribuntur, quamuis princeps illa decem Iustis non indixerit MEVIVS consilior. 66. n. 115. WVRMSERVIS, supra citatus, lib. 1. tit. 45. obseru. 5. Eadem ratione multae doctrinae & industriae *Ictus*, HORNIUS Misnense nuper suffragium iterum vindicare uoluit in Comitiis Saxoniae Nouem. viro, quod illa, quae is sponte intermisserit, omni tempore licet reducere. Idem de *laudemis* apud BESOLDVM uoce Handlohn p. 361. qui negant laudemii ius praescribi posse, rationem hanc adducunt, quod res sit mere facultatis, quae quoconque casu exigipossit, uel non possit l. 2. ff. *de via publica* WESENBECIVS in ff. *de usurp.* n. 10. & in consil. 2. n. 47. neque ex actibus mere voluntatis possessio acquiri possit l. proc. ff. *de damn. inf.* l. denique & l. si in meo ff. *de ag. pluu. arc.* Cui dogmata facilius alii etiam accedunt, quod praescriptio e numero eorum iurium sit, quae odia spirent. Ceterum annatas eodem censu cum laudemis & reueuiss haberdas esse, patet ex superioribus cap. 1. §. 8. p. 42. lit. y.

alia(b), quibus uel papa uel episcopi ceterorum clericorum facultates & marsupia expilarunt interque pontificios expilant hodieque: crediderim fore, ut eis hic census leuis & ualde tolerabilis fiat, si illis iam uideatur impatibilis.

§. XII. Superesset, in ipso annatarum exercitio rationes, casus, dubia respondere; sed tempore excludor & ualetudine. Proderit tamen ^{Casus in exercitio annatarum.} aliqua indice digito cursim attigisse(c).

(b) Non alio fine numero, quam ut illis os obduretur im-
pudentissimum, qui canoniconum maxime causas ex importunitate sacrae solatoria
rationibus contra principes agunt euangelicos, quoties hi aliquid dicta cano-
commodi ab illis solent exigere. Illico ad libertatem, ad aras & fo-
nicis.
Uerba con-
cos prouocant atque rerum ignaros, quales esse plerosque oportet in
tanto Canonici iuris inter euangelicos neglectu, glaucomate hoc &
specie inanum fallunt. STRYKVS, princeps ille iurisprudentiae
utilioris sacerdos, uiam ostendit in hoc arguento, ut nunc facilius
iter hoc conficiatur. Cui opusculo si quis episcopalia iura principum
euangelicorum in canonicos & coenobia iungeret, non poenitendum
forte operam is praestaret reipublicae.

(c) Summatim ibo, cum, quod miror, alii hanc partem fere
praetermisserint. Soluere tenentur annatas non tantum episcopi; bitiones
sed canonici & quotquot sacros redditus habent, qui superant aureos querentes
24. cap. 1. §. 10. p. 52. Et. m. etiam coenobia virginum Fräulein-
Cloester cap. 7. de annatis in 7. Cisterciensia; ecclesiae curatae ^{ibidem} exercitio
hospitalia utriusque sexus cap. 4. eodem in 7. quamvis Caesarem pro-
prietarium habeant & usufructuarii tantum sint membra sacri collegii
cap. 6. eod. in 7. Non solum in mensibus papalibus; sed etiam in
mense annata-

mense capituli cap. 7. eod. in 7. imo omnia collegia sacra *ibidem*. quid de Iesuitis? Nulla hic exemplio ualeat *ibid.* Negant pontifici annatas domini territoriales monasteriorum, ut Austriaci *Londorpius* tom. 5. p. 165. Debentur etiam annatae, si uacauerit beneficium non morte, sed resignatione cap. 1. §. 2. p. 8. lit. m. imo licet ante lapsum unius anni mortuus fuerit, qui soluit annatas, *quia casus nocet faciemt.* Contra morosos debitores poenae intenduntur suspensionis, depositionis excommunicationis cap. 1. §. 10. lit. m. p. 53. Si nesciat papa, quantum ferant annui reditus, de specificatione iurata tenentur possessores cap. 7. de annatis in 7. Praenumeranda sunt annatae, aut dandi fideiustores cap. 1. eod. in 7. quae antecessor non soluit, successor debet cap. 2. §. 3. p. 67. lit. u. Uendere potest & locare annatas papa *Calderinus* conf. 22. p. 45. Si beneficia statum mutauerint, ut amplius uacare nequeant papae singulis quindecim annis annatae debentur c. 4. de annatis in 7. & quae sunt generis eiusdem.

F I N I S.



halle, Diss., 1707 ff.-f. 10



Mug 12 - 19a
nicht verbinden so



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

Q. D. B. V.
DE

I V R E
ANNATARVM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE
AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PORVSSIAE PRINCIPE, CETERA,
REGIS SUPREMO CASTRORVM PRAEFECTO
ET DVCATVS HVIVS VICARIO,

DIRIGENTE INSTITVTVM

IOANNE PETRO LVDEWIG,
CONSILIARIO REGIO, IVRIVM AC HISTORIARVM
PROF. PVBL ORDINARIO ET DVCATVS
HVIVS ARCHIVARIO,

RESPONDEBIT
SAMVEL MARCHALL,
REGIOMONTANVS.

HALAE VENEDORVM,
DIE MENSIS MAII CIC 10 CC VII.

TYPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.
RECUSA CIC 10 CC XXXIX. (13)